R Terra feras cœpit:uolucres agitabilis aer.

Ex fab.2.Terra in homines mutata.

S Sanctius his animal mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc:& quod dominari in cætera poſſet:
Natus homo eſt:ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerū:mundi melioris origo.
T Pronaq; cū ſpectent animalia cætera terram
Os homini ſublime dedit:cœlūq; uidere
Iuſſit:& erectos ad ſydera tollere uultus.

Ex fab.3.Mundus in quattuor ætates mutatus.

Prima ætas aurea uocat̄.

Aurea prima ſata eſt ætas quæ uindice nullo V
Sponte ſua ſine lege fidem: rectũq; colebat:
Nondũ præcipites cingebãt oppida foſſe.
Nõ tuba directi: non æris cornua flexi:
Non galeæ: non enſis erat: ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes:
Ipſa quoq; ĩmunis: raſtroq; intacta: nec ullis
Saucia uomeribus per ſe dabat omnia tellus.

Secunda ætas q̃ argentea dicit᷑.

Poſtq̃ ſaturno tenebroſa in tartara miſſo X
Sub Ioue mundus erat: ſubiitq; argentea proles
Auro deterior fuluo: precioſior ære.

Tertia ætas: quæ ærea uocitat᷑.

Tertia poſt illam ſucceſſit Aenea proles Y
Seuior ingeniis: & ad horrida prõptior arma:
Nõ ſcelerata tñ. ¶ De duro ẽ ultĩa ferro. q̃rta ętas q̃ A
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum ferrea dr̃.
Omne nefas: fugere pudor: uerũq; fideſq;:
In quoꝝ ſubiere locum: fraudeſq; doliq;:
Inſidiæq;: & uis: & amor ſceleratus habendi.
Nec tm̃ ſegetes: alimentaq; debita diues
Poſcebatur humus: ſed itũ eſt in uiſcera terræ:
Quaſq; recondiderat: ſtygiiſq; admouerat umbris.
Effodiuntur opes irritamenta maloꝝ:
Iamq; nocens ferrũ: ferroq; nocentius aurũ
Prodierat: prodit bellum: quod pugnat utroq;:
Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: nõ hoſpes ab hoſpite tutus:

Non ſocer a genero:fratrũ quoq; gratia rara eſt:
Imminet exitio uir coniugis:illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa iacet pietas.¶ Et uirgo cæde madentes
Vltima cœleſtum terras aſtrea reliquit.

Ex fab.6.Licaon rex Archadiæ in Lupũ mutatus:

B Eſt uia ſublimis cœlo manifeſta ſereno
Lactea nomen habet:candore notabilis ipſo:
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis:
Regaléq; domũ.dextra leuaq; deoꝝ
Atria nobiliũ:ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis:a fronte potentes
Celicolæ:clariq; ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt.quẽ ſi uerbis audacia detur
Haud timeam magni dixiſſe palacia cœli.

C Cuncta prius tentanda.ſed ĩmedicabile uulnus
Enſe recidendũ eſt.ne pars ſincera trahať.

D Ille quidẽ pœnas(curã hanc dimittite)ſoluit
Q uod tñ admiſſum:quæ ſit uindicta docebo.
Longa mora eſt:quantũ noxæ ſit ubiq; repertũ
Enumerare:minor fuit ipſa infamia uero.
Mox ait experiar.Deus hic diſcrimine aperto
An ſit mortalis.nec erit dubitabile uerũ.
Nocte grauem ſomno:nec opina perdere morte
Me parat.hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo eſt:miſſi de gente moloſa
Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit:

Atq; ita ſemineces.partim feruentibus artus
Mollit aquis partim ſubiecto torruit igni.
Q uos ſimul impoſuit menſis.Ego uindice flāma.
In dn̄m dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit:natuſq; ſilentia ruris
Exulalat fruſtraq; loqui conatur ab ipſo
Colligit os rabiē.ſolitæq; cupidine cœdis
Vtitur in pecudes:& nunc quoq; ſanguine gaudet:
In uillos abeunt ueſtes:in crura lacerti
Fit lupus:& ueteris ſeruat ueſtigia formæ.

Ex fab.7.Ex q̄ poſt diluuiū ſaxa a Deucalione pie/
cta ĩ mares.a Pirra uxore ſua ĩ fœĩas mutāť.

Occidit una domus:ſed nō domus una perire E
Digna fuit.qua terra patet fera regnat erynnis
In facinus iuraſſe putes.Dent ocius omnes
Q uas meruere pati(ſit ſtat ſententia)pœnas.
Iamq; erat in totas ſparſurus fulmina terras F
Sed timuit:ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flāmas.totuſq; ardeſceret axis.
Eſſe quoq; in fatis reminiſciť affore tēpus
Q uo mare:quo tellus:correptaq; regia cœli
Ardeat:Et mundi moles operoſa laboret.
Pœna placet diuerſa:genus mortale ſub undis G
Perdere.Et ex omni nimbos demittere cœlo.
Ipſe tridende ſuo terram percuſſit.At illa
Intremuit:motuq; uias patefecit aquaq;
Expatiata ruunt per apertos flumina campos:
Cūq; ſatis:arbuſta ſimul:pecudeſq; uiroſq;

Tectaq;cũq; ſuis rapiunt penetralia ſacris
Si qua domus manſit:potuitq; reſiſtere tanto
Indeiecta malo:culmen tamen altior huius
Vnda tegit:preſſęq; latent ſub gurgite turres:
Iamq; mare:& tellus:nullũ diſcrimen habebat
Omnia pontus erat:deerãt quoq; litora ponto.
H Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine parnaſus:ſuperatq; cacumine nubes.
Hic ubi deucalion(nã cætera texerat æquor)
Cũ conſorte thori:parua rate uectus adheſit.
Non illo melior quiſq̃:nec amantior æqui
Vir fuit.Aut illa reuerentior ulla deoꝝ
Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem
Et ſupereſſe uirũ de tot modo millibus unum
Et ſupereſſe uidet de tot modo millibus unã
Innocuos ambos:cultores numinis ambos
Nubila diſiecit:nimbiſq; aquilone remotis:
Et cœlo terras oſtendit:Et æthera terris.
I Placuit cœleſte precari
Numen & auxiliũ per ſacras quærere ſortes:
Atq; ita ſi precibus dixerunt numina iuſtis
Victa remoleſcunt.ſi flectitᷣ ira deoꝝ
Dic themi:qua generis dãnũ reparabile noſtri
Arte ſit.Et merſis fer opem mitiſſima rebus.
K Mota dea eſt:ſortẽq; dedit:diſcedite templo:
Et uelate caput.cinctaſq; reſoluite ueſtes:
Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis:
L Inde promethides:placidis epimethida dictis

Mulcet & aut fallax ait eſt ſolertia nobis
Aut pia ſunt:nullūq; nefas oracula ſuadent.
Magna parens:terra eſt.lapideſq; in corpore terræ M
Oſſa reor dici.iacere hos:poſt terga iubemur
Coniugis augurio:quāq̄ titania mota eſt
Spes tñ indubio eſt:adeo cœleſtibus ambo
Diffidūt monitis.ſed quid tentare nocebit:
Diſcedūt:uelantq; caput:tunicaſq; recingunt:
Et iuſſos lapides:ſua poſt ueſtigia mittūt.
Saxa(quis hoc credat niſi ſit pro teſte uetuſtas)
Ponere duritiē cœpere:ſuūq; rigorē
Molliriq; mora:mollitaq; ducere formā
Mox ubi creuerunt:naturaq; mitior illis
Contigit:ut quædā ſic nō manifeſta uideri
Forma pōt hominis:ſed uti de marmore cœpta
Non exacta ſatis rudibuſq; ſimillima ſignis
Quę tñ ex illis aliquo pars humida ſuco
Et terrena fuit:uerſa eſt in corporis uſum
Quod ſolidū eſt:flectiq; nequit mutat̃ in oſſa
Quæ modo uena fuit:ſub eodē noīe manſit:
Inq; breui ſpatio:ſuperoꝝ numine ſaxa
Miſſa uiri manibus:faciē traxere uiroꝝ:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu:
Inde genus durū ſumus:experienſq; laboꝝ:
Et documenta damus:qua ſimus origine nati.

Ex fa.8.terra in diuerſa aīalia cōuerſa.

Quippe ubi temperiē ſumpſere:humorq;:calorq;: N
Concipiūt.& ab his oriunt̃ cuncta duobus:

Cũq; ſit ignis aquæ pugnax uapor humidus omnes
Res creat.& diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ex fa.9.daphne in laurũ cõuerſa & phœbꝰ ĩ amãtẽ.
O Filius huic ueneris figat tuus omnia phœbe
Te meus arcus ait:quantoq; aĩalia cedũt
Cuncta deo:tanto minor eſt tua gloria noſtra.
P Sæpe pater dixit:generũ mihi filia debes:
Sæpe pater dixit debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tedas exoſa iugales
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis
Da mihi perpetua genitor cariſſime dixit
Virginitate frui.dedit hoc pater ante dianæ
Q Ille quidẽ obſequit̃.¶ Sed te decor iſte qđ optas
Eſſe uetat:uotoq; tuo tua forma repugnat.
R Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis.
Vt facibus ſepes ardent:quas forte uiator.
Vel nimis admouit:uel iam ſub luce reliquit.
Sic deus in flãmas abiit:ſic pectore toto
Vritur:& ſterilẽ ſperando nutrit amorẽ.
S Fugit ocior aura
Illa leui:neq; ad hæc reuocantis uerba reſiſtit.
Nympha precor peneia mane.nõ inſequor hoſtis
Nympha mane.ſic agna lupũ.ſic cerua leonem
Sic aquilã pẽna fugiunt trepidante columbæ
Hoſtes quæq; ſuos.amor eſt mihi cauſa ſequendi.
T Certa quidem noſtra eſt:noſtra tñ una ſagitta
Certior in uacuo quæ uulnera pectore fecit.

Inuentũ medicina meum eſt:opiferq́ per orbem
Dicor.& herbaꝝ ſubiecta potentia nobis.
Hei mihi φ nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt dño:quæ proſunt omnibus artes.

Ex.2.li.Ex fa.1.Phæton fulmíe ictus í padũ cecidit.

Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis V
Clara micante auro:flãmaſq́ imitante pyroppo
Cuius ebur nitidũ faſtigia ſumma tenebat
Argenti bifores radiabant lumine ualuæ
Materiam ſuperabat opus:
Altius egreſſus cœleſtia tecta cremabis X
Inferius terras medio tutiſſimus ibis

Ex fa.5.Iupp.in dianã & caliſto in urſam mutati.

Nulla potentia longa eſt. A
Heu q̃ difficile eſt crimen nõ prodere uultu: B

Ex fa.12.Aglauros in lapidẽ mutata.

Protinus inuidiæ nigro ſquallentia tabo C
Tecta petit.domus eſt imis in ualibus antri
Abdita ſole carens non ulli peruia uento
Triſtis & ignaui plæniſſima frigoris:& quæ
Igne uacet ſemper.caligine ſemper habundet.
Hucubi peruenit bello metuenda uirago D
Conſtitit ante domũ.Neq; enim ſuccedere tectis
Fas habet.& poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores.uidet intus edentem
Vipereas carnes uitioꝝ alimenta ſuoꝝ
Inuidiam.
Pallor in ore ſedet.Maties in corpore toto:

Nuſq̃ recta acies.liuent rubigine dentes
Pectora felle uirent.lingua eſt ſuffuſa ueneno
Riſus abeſt:niſi quẽ uiſi mouere dolores:
Nec fruit̃ ſomno:uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos:intabeſcitq; uidendo
Succeſſus hominũ:carpitq;:& carpit̃ una
Suppliciumq; ſuum eſt:
Illa deã obliquo fugientẽ lumine cernens
Murmura parua dedit:ſucceſſibus atq; mineruæ
Indoluit.Baculũq; capit:quẽ ſpinea totũ
Vincula cingebant:Adopertaq; nubibus atris
Q uacũq; ingredit̃ florentia proterit arua:
Exuritq; herbas:& ſũma papauera carpit:
Afflatuq; ſuo populos:urbeſq; domoſq;:
Polluit:& tandem tritonida cõſpicit arcem:
Ingeniis:opibuſq;:& feſta pace uirentẽ.
Vixq; tenet lachrymas:quia nil lachrymabile cernit:
Cunctaq; magna facit:quibus irritata dolore
Cecropis:occulto mordet̃.& anxia nocte:
Anxia luce gemit:lentaq; miſerrima tabe
Liquitur:ut glacies incerto ſaucia ſole.

Ex fa.13.Iuppiter in thaurũ albiſſimũ mutatus.

E Nõ bene cõueniũt:nec in una ſede morant̃
Maieſtas & Amor.

Ex.3.lib.Ex fa.2.Actæon in ceruũ mutatus.

F S Cilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt:diciq; beatus
Ante obitũ nemo:ſupremaq; funera debet.

Ex fab.5.Echo in ſaxum mutata:

Ille fugit:fugienſq; manus complexibus aufert. G

Ante ait emoriar:qua ſit tibi copia noſtri.

¶Sed tñ hæret amor:creſcitq; dolore repulſæ:

Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ:

Adducitq; cutem maties:

Ex fa.6.Narciſus in florẽ ſui noĩs mutatus:

Hic puer & ſtudio uenãdi laſſus & æſtu H

Procubuit:faciẽq; loci:fontẽq; ſecutus:

Dũq; ſitim ſedare cupit:ſitis altera creuit:

Dũq; bibit:uiſæ correptus imagine formæ

Spem ſine corpe amat:corpus putat eẽ qđ umbra eſt.

Tantus tenet error amantem.

Iſte ego ſum:ſenſi:nec me mea fallit imago.

Vxor amore mei.flãmas moueoq;:feroq;:

Quid faciã? roger? an ne rogẽ? qd deinde rogabo?

Quod cupio mecũ eſt.inopẽ me copia fecit.

O utinã a noſtro ſecedere corpore poſſem I

Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores:

Ex fa.11.Pentheus dilaceratus.

Præcipitem famuli rapite hunc:cruciataq; duris K

Corpora tormentis ſtygiæ demittite morti.

Ruit omnis in unum L

Turba furens conctæ coeunt:trepidũq; ſequunt:

Iam trepidũ:iam uerba minus uiolenta loquentẽ:

Iam ſe damnãtẽ:iam ſe peccaſſe fatentem.

Saucius ille tamen:fer opem matertera dixit:

Non habet infœlix.

Non citius frondes autũni frigore tactas:
Iamq; male hærentes alta rapit arbore uentus:
Q uã ſunt mẽbra uiri manibus direpta nefandis.
Ex.4.li.Ex fa.3.Pirami & Thyſbes cruore.Arbor
morus poma q̃ alba gerebat ĩ nigrũ uertit colorẽ.
M ¶ X æquo captis ardebant mẽtibus ambo
Conſcius omnis abeſt:nutu:ſigniſq; loquuntur.
Q uoq; magis tegit̃:tectus magis æſtuat ignis.
N Callida per tenebras uerſato cardine Thyſbæ
Egreditur:fallitq; ſuos:adopertaq; uultũ
Peruenit ad tumulũ.dictaq; ſub arbore ſedit
Audacem faciebat amor:
O Timidi eſt optare necem.
Ex fa.6.Daphnis paſtor in ſaxũ mu.
P Pars omnia ueros
Poſſe deos memorant.
Ex fa.12.Athamas & eius uxor in inſanos mu.
Q Fas eſt & ab hoſte doceri.
R Eſt uia decliuis:funeſta nubila taxo
Ducit ad infernas.p muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exalat iners.umbræq; recentes
Deſcendunt illac:ſimulacraq; functa ſepulchris
Pallor hyemſq; tenent late loca ſenta:nouiq;
Q ua ſit iter:manes ſtygiã quod ducat ad urbẽ
Ignorant:ubi ſit nigri fera regia ditis.
¶ Mille capax aditus:& apertas undiq; portas
Vrbs habet.Vtq; fretũ de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille:Nec ulli

Exiguus populo eſt:turbâue accedere ſentit
Erant exangues ſine corpore:& oſſibus umbræ:
℃Parſq; forũ celebrant:pars imi tecta tyranni
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent:aliã partẽ ſua pœna coercet.
Viſcera præbebat tycius lanianda:nouẽq; S
Iugeribus diſtractus erat.℃Tibi Tantale nullę T
Deꝑhendunť aquæ:quæq; iminet effugit arbor:
Aut petis:aut urges rediturũ Siſyphæ ſaxũ. V
Voluiť Ixion:& ſe:ſequiturq;:fugitq;. X
Molliriq; ſuis lœtum patruelibus auſę A
Aſſidue repetunt:quas perdũt belides undas.
Ex fabula.18.
Ad opem breuis hora ferenda eſt. B
Ex fa.19.Crines Meduſæ in ſerpẽtes muta.
Quoniam ſcitaris digna relatu C
Accipe quæſiti cauſam.
Ex.5.li.Ex.fa.1.Phineus & eius ſocii in ſaxũ mu.
℃Onanti mittere Cepheus D
Quid facis exclamat:ᵱ quæ te germane furentẽ
Mens agit in facinus.meritis ne hæc gra tantis
Reddiť:hac uitã ſeruatę dote rependis:ᵱ
Tum uero indomitas ardeſcit uulgus in iras E
Telaq; coniiciunt:
Nihil o fortiſſime præter F
Hanc aiam concede mihi.tua cætera ſunto:
Ex fa.8.Arethuſa in fontẽ ſui nois mutata
Sed q̃uis formæ nũq̃ mihi fama petita eſt.

Quāuis fortiꝭ eram formoſæ nomen habebā:
Nec mea me facies nimiū laudata iuuabat:
Quaq; aliæ gaudere ſolent:ego ruſtica dote
Corporis erubui:crimenq; placere putaui.

H Quid mihi tunc animi miſeræ fuit? An neq̄d agnæ eſt
Si qua lupos audit circū ſtabula alta fremētes?
Aut lepori? qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canū:nullos audet dare corpore motus.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Ceruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.

Ex.6.li.Ex.fa.1.Aragne in araneā mu.

I NOn illa loco:neq; origine gentis
Clara:ſed arte fuit.
Lydias tñ illa per urbes
Quęſierat ſtudio nomen memorabile:quāuis
Orta domo parua:paruis habitabat hipepis.

K Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet.ſeris uenit uſus ab annis.

Ex fa.2.Niobe in lapidē mutata.

L Sum fœlix quis enim neget hoc? fœlixq; manebo
Hoc quoq; quis dubitet.tutā me copia fecit:
Maior ſum:q̄ cui poſſit fortuna nocere.

Ex fa.3.Agreſtes liciæ in ranas mutati.

M Acceſſit poſitoq; genu titania terram
Preſſit:ut auriret gelidos potura liquores
Ruſtica turba uetat dea ſic affata uetantes
Quid prohibetis aquas? uſus cōmunis aquaꝝ eſt.
Nec ſolem propriū natura:nec aera fecit

Nec tenues undas:ad publica munera ueni
Quæ tñ:ut detis:ſupplex peto.℃Nõ ego nr̃os N
Abluere hic artus:laſſataq; mẽbra parabam:
Sed releuare ſitim:caret os humore loquentis:
Et fauces arent.uixq; eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit.uitãq; fatebor O
Accepiſſe ſimul.uitã dederitis in undis.

Ex fa.6.pgne ĩ hirũdinẽ.philo.ei⁹ſoror ĩ phil.mu:

Et nihil eſt quod nõ effrœno captus amore P
Auſit.℃Nec capiũt incluſas pectora flãmas.
Os mutũ facti caret indice.grande doloris Q
Ingeniũ eſt.miſeriſq; uenit ſolertia rebus.

Ex li.7.Ex fa.1.Dẽtes draconis in hoĩes mu.

Concipit interea ualidos oetias ignes R
Et luctata diu.poſtq̃ ratione furorẽ
Vincere nõ poterat fruſtra medea repugnans
Neſcio quis deus obſtat ait:mirũq; quid hoc eſt
Aut aliquid certe ſimile huic:quod amare uocat.
℃Excute uirgineo conceptas pectore flãmas
Si potes infœlix:ſi poſſem ſanior eſſem.
Sed trahit inuitam noua uis.aliudq; cupido:
Mens aliud ſuadet.uideo meliora.proboq;
Deteriora ſequor:
Dii meliora uelint quãq̃ nõ iſta ꝑcanda S
Sed facienda mihi:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quin aſpice quantum. T
Aggrediare nefas:& dũ licet effuge crimen
Dixit:& ante oculos:rectũ:pietaſq;:pudorq;

Conſtiterant:&. uicta dabat iam terga cupido.

V Quid faciã uideo:nec me ignorantia ueri
Decipiet.ſed amor.ſeruabere munere noſtro.
Ex fa.24.Scyron in petrã mutatus.

X Vſq; adeo nulla eſt ſincera uoluptas:
Sollicitumq; aliquid lœtis interuenit:
Ex.fa.1.8.li.Scylla niſi regis filia in auẽ cirin mu.

A SExta reſurgebant orientis cornua lunæ:
Et pendebat adhuc belli fortuna.diuq;
Inter utrũq; uolat dubiis uictoria pennis.

B Sibi quiſq; profecto
Eſt deus.ignauis precibus fortuna repugnat:

C Talia dicenti curaꝝ maxima nutrix
Nox interuenit:tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat:qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet.thalamos taciturna paternos
Intrat & (heu facinus)fatali nata parentẽ
Crine ſuum ſpoliat.predaq; potita nefanda
Fert ſecum ſpoliũ ſceleris.progreſſaq; porta
Per medios hoſtes(meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regẽ.quẽ ſic affata pauentẽ eſt.
Suaſit amor facinus.proles ego regia niſi
Scylla tibi trado:patriãq;:meoſq; penates
Præmia nulla peto niſi te.cape pignus amoris
Purpureũ crinem:nec me nũc tradere crinem
Sed patriũ tibi crede caput:ſceleratq; dextra

D Munera porrexit.¶ Minos porrecta refugit:
Turbatuſq; noui reſpondit imagine facti.

Dii te ſummoueant o noſtri infamia ſæcli
Orbe ſuo:telluſq; tibi:pontuſq; negetur.
Ex fa.3.Icarus Dędali filius i mare decidit.
Poſtq̃ manus ultima cœpto E
Impoſita eſt:geminas opifex librauit in alas.
Ipſe ſuũ corpus:motaq; pependit in aura
Inſtruit & natũ:medioq;:ut limite curras
Icare ait moneo.ne ſi demiſſior ibis
Vnda grauet pẽnas:ſi celſior:ignis adurat
Inter utrũq; uola:
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu F
Deſeruitq; ducẽ:cœliq; cupidine tactus
Altius egit iter.rapidi uicinia ſolis
Mollit odoratas pẽnaꝝ uincula cęras.
Tabuerant cęrę.nudos quatit ille lacertos:
Remigioq; carens:nõ ullas percipit auras:
Oraq; cęrulea patriũ clamantia nomen
Excipiuntur aqua:quæ nomen traxit ab illo.
Ex fa.4.Sorores Meleagri in aues mutatę.
Flãma Meleagrus ab illa G
Vritur:& cęcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus:ac magnos ſuperat uirtute dolores
¶ Inq; leues abiit paulatim ſpiritus auras.
Non mihi ſi centũ deus ora ſonantia linguis H
Ingeniũq; capax:totũq; helicona dediſſet
Triſtia proſequerer miſeraꝝ dicta ſoroꝝ
Ex fa.7.Iupp.& Mercurius i hoĩum ſpẽs mut.
Immenſa eſt:finẽq; potentia cœli I

Nō habet:❡Et quicqd ſuperi uoluere:peractū eſt.

R Sed pia baucis anus:pariliq; ætate pilemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus:illa.
Conſenuere caſa:paupertatemq; ferendo
Effecere leuē:nec iniqua mente ferendā.

L Super omnia uultus
Acceſſere boni:nec iners:pauperq; uoluntas.

M Membra leuant baculis tardiq; ſenilibus annis.

N Cura deū dii ſint:& qui coluere colant.

Ex li.9.ex fa.3.Licas armiger hercul' i ſcopulū mu.

O Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas:quæ ueris addere falſa
Gaudet:& e minimo ſua per mendacia creſcit.

Ex fa.9.Biblis in fontē ſui noīs mu.

P Deus ipſe monebat
Signaq; certa dabat.ſi nō male ſana fuiſſem.

Q Neq; enim eſt de tygride natus.
Nec rigidos ſilices:ſolidūue in pectore ferrū
Aut adamanta gerit:nec lac bibit ille leenæ.

R Vincetur.repetendus erit:Nec tedia cœpti
Vlla mei capiam.dum ſpiritus iſte manebit.

S Temerata eſt noſtra uoluntas
Vt nihil adiiciam:nō poſſum īnoxia dici:
Quod ſupereſt multū eſt in uota:in crimina paruū.

Ex fa.10.Iphis fœīa & uirgo.in maſculū mu.

A Nec uaccā uaccæ:nec equas amor urit equaꝝ.
Vrit oues aries.ſequit' ſua fœmina taurum:
Sic & aues coeunt.interq; aīalia cuncta

Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.
Huc licet e toto ſolertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet ceratis dædalus alis:
Quid faciet? Nun me puerũ de uirgine doctis
Artibus efficiet? Nun te mutabit yanthe?
Diiq; mihi faciles quicquid uoluere dederunt
Quodq; ego:uult genitor.ſocer & uult ipſe futurus:
At non uult natura:potentior omnibus iſtis. B

Ex li.10.ex.fa.1.Euridice de uiua ĩ mortuã & ecõtra.

PEr ego hæc loca plæna timoris C
Per chaos hoc ingens:uaſtiq; ſilentia regni
Euridices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis paulũq; morati
Serius:aut citius:ſedẽ properamus ad unã
Tendimus huc omnes.hæc eſt domus ultima:uoſq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Talia dicentẽ:neruoſq; ad uerba mouentẽ.
Exangues flebant aiæ nec tantalus undã
Captauit refugã.ſtupuitq; yxionis orbis.
Nec carpſere iecur uolucres.Vrniſq; uacarũt
Bellides.Inq; tuo ſediſti ſiſyphe ſaxo.
Tum primũ lachrymis uictaꝝ carmine fama eſt
Eumenidũ maduiſſe genas.Nec regia coniunx.
Suſtinet oranti.Nec qui regit ima negare:
Euridicenq; uocant:umbras erat illa recentes
Inter.& inceſſit paſſu de uulnere tardo.
Hãc ſimul & legẽ Rhodopeius accipit hæros
Ne flectat retro ſua lumina:donec auernas.

Exierit ualles:aut irrita dona futura.

D Hic ne deficeret metuens:auiduſq; uidendi
Flexit amans oculos.Et protinus illa relapſa eſt:
Brachiaq; intendẽs:prendiq;:& prendere captãs
Nil niſi cędentes:infœlix arripit auras.

Ex fa.9.Myrrha in arborẽ ſui nois mutata.

E Ire libet procul hinc.patriçq; relinquere fines
Dum ſcelus effugiã.retinet malus ardor amantẽ.

F Noctis erat mediũ:curaſq;:& corpora ſomnus
Soluerat:at uirgo cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito:furioſaq; uota retractat
Et modo deſperat:modo uult temptare:pudetq;
Et cupit:& quid agat nõ inuenit.utq; ſecuri
Saucia trabs ingens ubi plaga nouiſſima reſtat
Quo cadat in dubio eſt:omniq; a parte timetur
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis:atq; illuc:momẽtaq; ſumit utroq;:
℃ Nec modus:& requies:niſi mors reperitur amoris.

G O ſi qua patetis
Numina cõfeſſis merui:nec triſte recuſo
Supplicium.
℃ Numen cõfeſſis aliquod patet.

Ex fa.10.Eiuſdem.

H Labitur occulte:fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil eſt annis uelocius.

I Inquit.In audaces nõ eſt audacia tuta.

Ex fa.11.Ipomenes & Atlanta in leones mutati.

K Audentes deus ipſe iuuat.

Ex li.11.Ex fa.3.Midę manu regis tacta i aurũ mu.

HVic deus optanti gratũ:ſed inutile fecit L
Muneris arbitrium:gaudens altore recepto
Ille male uſurus donis ait:effice quicquid
Corpore cõtigero:fuluũ uertatur in aurum.
Annuit optatis:nocituraq; munera ſoluit
Liber:& indoluit quod nõ meliora petiſſet.
Lætus abit:gaudetq; malo Berecinthius hæros: M
Pollicitiq; fidem tangendo ſingula tentat.
Tum uero ſiue ille ſua cerealia dextra
Munera contigerat:cerealia dona rigebant
Siue dapes auido cõuellere dente parabat
Lamina fulua:dapes admoto dente rigebant.
Attonitus nouitate mali:diueſq;:miſerq; N
Effugere optat opes:& quæ modo uouerat:odit:
Copia nulla famẽ releuat:ſitis arida guttur
Vrit:& inuiſo meritus torquetur ab auro:
Ad cœlũq; manus:& ſplendida brachia tollens O
Da ueniam lenęe pater(peccauimus)inquit:
Sed miſerere præcor:ſpecioſoq; eripe damno.
Mitte deũ numen bacchus:peccaſſe fatentẽ P
Reſtituit:factiq; fide data munera ſoluit.

Ex fa.8.Dædalion in Accipitrẽ mutatus.

Naſcitur Autolicus:furtũ ingenioſus ad omne Q
Qui facere aſſuerat patriæ nõ degener artis
Candida de nigris:& de candentibus atra.

Ex fa.9.Lupus in ſaxũ mutatus.

Sed mora damnoſa eſt:nec res dubitare remittit. R

Dum ſupereſt aliquid:cuncti cocamus ad arma.

Ex fa.10.Ceix & Alcioẽ uxor eiꝰ ĩ aues marias mut.

S Aſpera creſcit hyems.omniq; a parte feroces
Bella gerũt uenti.fretaq; indignantia miſcent.
Hic uotis numẽ adorat.

Ex lib.12. Ex fa.3.Cygnus in auẽ ſui noĩs mutatus.

T ORbe locus mediũ eſt:inter terraſq; fretũq;
Cœleſteſq; plagas:triplicis cõfinia mũdi
Vnde quod eſt uſq̃:quãuis regionibus abſit
Inſpicitur.penetratq; cauas uox omnis ad aures
Fama tenet:ſummaq; locũ ſibi legit in arce:
Innumeroſq; aditus:ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis incluſit limina portis
Nocte:dieq; patet.tota eſt ex ære ſonanti
Tota fremit:uoceſq; refert:iteratq; quod audit:
Nulla quies intus:nullaq; ſilentia parte:
Nec tamẽ eſt clamor:ſed paruæ murmura uocis.
Atria turba tenet.ueniũt leue uulgus:euntq;
Mixtaq; cũ ueris:paſſim cõmenta uagantur
Millia rumoꝝ:cõfuſaq; uerba uolutant
E quibus hi uacuas implent ſermonibus aures
Hi narrata ferũt alio.menſuraq; ficti
Creſcit.& auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Ipſa quid in cœlo reꝝ:pelagoq; geratur
Et tellure uidet.totũq; inquirit in orbem.

Ex.13.lib.Ex oratione Aiacis cõtra Vlyxem
ob Achillis arma obtinenda.

V Æacus huic pater eſt:qui iura ſilentibus illic

Reddit.ubi æolidē ſaxū graue Siſyphon urget.
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. A
Et eget auxilio:qui nō tulit:utq; reliquit B
Sic linquēdus erat:legē ſibi dixerat ipſe.
Deniq; quid uerbis opus eſt ſpectemur agendo. C
Ex Vlixis reſponſiua in Aiacem
Finierat thelamone ſatus.uulgiq; ſecutū D
Vltima murmur erat:donec laertius hæros
Aſtitit:atq; oculos paulū tellure moratos
Suſtulit ad proceres:expectataq; reſoluit
Ora ſono:neq; adeſt facundis gratia dictis.
Nā genus:& proauos:& quæ nō fecimus ipſi. E
Vix ea noſtra uoco:
Propoſita arma peto:meritis expendite cauſam. F
Nec ſanguinis ordo:
Sed uirtutis honos ſpoliis quæratur in iſtis.
Ergo operū qm̄ nudum certamen habetur. G
Plura quidē feci:q̄ quæ cōprehendere dictis
In promptu mihi ſit:re℞ tn̄ ordine ducar.
Præſcia uenturi genitrix nereia lœti H
Diſſimulat cultu natū.& deceperat omnes
In quibus aiacē ſumptæ fallacia ueſtis
Arma ego fœmineis animū motura uirilem
Mercibus inſerui:neq; adhuc proiecerat hæros
Virgineos habitus.cū parmā:haſtāq; tenenti
Nate dea dixi tibi ſe peritura reſeruant
Pergama:quid dubitas ingentē euertere troiā:
Inieciq; manū:fortēq; ad fortia miſi

Ergo opera illius mea ſunt:
Vtq; alios taceã:qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nempe dedi.per me iacet inclytus hector.
I Quid tñ hoc refert ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert contra troaſq;.iouẽq;?
Confiteorq; tulit.Neq; enim benefacta maligne
Detractare meũ eſt modo ne cõmunia ſolus
Occupet:atq; aliquẽ uobis quoq; reddat honorem.
K Deſine tytidem:uultuq;:& murmure nobis
Oſtentare meũ.pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cũ ſocia clipeũ pro claſſe tenebas
Solus erat tibi turba comes:mihi contigit unus.
Qui niſi pugnacẽ ſciret ſapiente minorẽ
Eſſe:nec indomitæ deberi præmia dextræ.
Ipſe quoq; hæc peteret:peteret moderatior aiax
Euripiduſq; ferox.claroq; andremone natus
Nec minus:idomeneus:patriaq; creatus eadẽ.
Meriones:peteret maioris frater atridæ.
Quippe manu fortes:nõ ſunt tibi marte ſecundi
Cõſiliis ceſſere meis:tibi dextera bello
Vtilis.ingeniũ eſt qđ eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris.mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes.pugnandi tempora mecũ
Eligit atrides:tu tm̃ corpore prodes:
Nos animo.quãtoq; ratẽ qui tẽperat ante it
Remigis officiũ:quanto dux milite maior:
Tantũ ego te ſupero:nec nõ in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu.uigor omnis in illis.

At uos o proceres uigili date præmia ueſtro: L
Proq; tot annoꝝ curis:quibus anxius egi
Hunc titulũ meritis penſandũ reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt.obſtantia fata remoui:
Altaq; poſſe capi faciendo:pergama cœpi.
Per ſpes nunc ſocias:caſuraq; mœnia troum:
Perq; deos oro:
Eſte mei memores:aut ſi mihi nõ datis arma
Huic date.& oſtendit ſignũ fatale mineruæ:
Mota manus procerũ eſt:& qd facundia poſſet M
Tunc patuit:fortiſq; uiri tulit arma diſertus.

Aiacis Cruor ĩ florẽ purpureũ Yacito ſiſem mu.

Hectora qui ſolus:qui ferrũ:ignẽq;:iouẽq; N
Suſtinuit totiens:unã non ſuſtinet iram:
Inuictũq; uirũ uicit dolor.arripit enſem
Et meus hic certe eſt:an & hunc ſibi poſcet ulixes?
Hoc ait utendũ eſt in me mihi:quiq; cruore
Sæpe phrygũ maduit:dñi nunc cæde madebit:
Ne quiſq̃ aiacẽ poſſit ſuperare:niſi aiax.
Dixit.& in pectus tum demũ uulnera paſſum
Qua patuit ferro lœtalẽ condidit enſem:
Nec ualuere manus infixũ educere telũ.
Expulit ipſe cruor:rubefactaq; ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florẽ.

Ex fa.2.Hecuba priami uxor in canẽ mu.

Priameia coniunx O
Perdidit infœlix hominis poſt omnia formã:
Externaſq; nouo latratu terruit auras.

P Eſt ubi troia fuit.phrygiæ contraria tellus
Biſtoniis habitata uiris.Polyneſtoris illic
Regia diues erat:cui te cõmiſit alendum
Clam polydore pater phrygiiſq; remouit ab armis
Cõſiliũ ſapiens:ſceleris:niſi præmia magnas
Adieciſſet opes.animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna phrygũ:capit impius enſem
Rex tracũ:iuguloq; ſui defixit alumni.
Q Fortis & infœlix.& pluſq̃ fœmina uirgo
Ducit̃ ad tumulũ:diroq; fit hoſtia buſto.
Vtere iam dudũ generoſo ſanguine dixit.
Mors tñ uellẽ matrem mea fallere poſſet.
N ¶ Mater obeſt:minuitq; necis mihi gaudia.quãuis
Nõ mea mors illi:uerũ ſua uita gemẽda eſt.
R Aſpicit eiectũ polydori in littore corpus:
Factaq; treiciis ingentia uulnera telis.
Troades exclamant:Omutuit illa dolore:
Et pariter uocẽ:lachrymaſq; introrſus abortas.
Deuorat ipſe dolor:duroq; ſimillima ſaxo
Torpet.& aduerſa figit modo lumina terra.
Interdũ toruos extollit ad ætera uultus:
Nunc poſiti ſpectat uultũ:nunc uulnera nati
Vulnera præcipue:ſeq; armat:& inſtruit ira:
Qua ſimul exarſit:tãq̃ regina maneret:
Vlciſci ſtatuit:pœnæq; in imagine tota eſt.
O Vtq; furit catulo lactente orbata leæna:
Signaq; nacta pedũ ſequit̃:quẽ nõ uidet hoſtẽ:
Sic hecubæ poſtq̃ cũ luctu miſcuit iram

Nó oblita animoꝝ:annoꝝ oblita ſuoꝝ
Vadit ad artificẽ dyræ polyneſtora cædis
Colloquiũq; petit:nã ſe monſtrare relictũ.
Velle latens illi:quod nato redderet aurũ
Credidit odriſius:prædæq; aſſuetus amore
In ſecreta uenit.tum blando callidus ore
Tolle moras hecubæ.dixit:da munera nato.
Omne fore illius:quod das:qđ & ante dediſti:
Per ſuperos iuro:Spectat truculenta loquentẽ:
Falſaq; iurantẽ.tumidaq; exæſtuat ira:
Atq; ita correpto captiuaꝝ agmina matrũ
Inuocat:& digitos in perfida lumina condit:
Expilatq; genis oculos:facit ira potentẽ.

Clade ſui tracũ gens irritata tyranni S
Troada teloꝝ:lapidũq; inceſſere iactu
Cœpit:At hæc miſſum rauco cũ murmure ſaxũ
Morſibus inſequitur:rictuq; ad uerba parato
Latrauit conata loqui:

Ex fa.4.Anii ſacerdotis filię in colũbas mu.

Nó tñ euerſam troiæ cũ mœnibus eſſe T
Spem quoq; fata ſinũt:ſacra:& ſacra altera patrẽ
Fert humeris(uenerabile onus)cithereius hęros
De tantis opibus pdam pius eligit illam:
Aſcaniumq; ſuum:

Ex fa.7.Acis in flumen ſui nois mu.

Nec mea q; duris horrent denſiſſima ſetis A
Corpora turpe puta.turpis ſine frondibus arbor.
Turpis equus:niſi colla iubę flauentia uelent.

Pluma tegit uolucres:ouibus ſua lana decori eſt.
Barba uiros:hirtæq; decent in corpore ſetæ.
B Tm̄ miſerere preceſq;
Supplicis exaudi:tibi.n.ſuccūbimus uni.
Ex.14.li.Ex fa.4.Sibylla in uocē mu.
C DOne tn̄ troiane metū potiere petitis:
Eliſiaſq; domos:& regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces:ſimulacraq; chara parentis
Inuia uirtuti nulla eſt uia:
D Paruit Aeneas:& formidabilis orci
Vidit opes:atauoſq; ſuos:
E Sed iam fœlicior ætas
Terga dedit:tremuloq; gradu uenit ægra ſenectus.
Ex fa.9 Canens pici uxor in lachrymas cōſūpta ē.
F Carmina iam moriens canit exequialia cygnus:
Ex fa.10.Socii diomedis in aues mu.
G At Agmon
Feruidus ingenio:tum uero:& cladibus aſper:
Quid ſupereſt:quod iam patientia nr̄a recuſet
Ferre uiri dixit:Quid habet cytharea qd̄ ultra
(Velle puta)faciat.Nam dū peiora timenē
Eſt locus in uoto.C Sors aūt ubi peſſima rerū eſt:
Sub pedibus timor eſt:ſecuraq; ſumma maloꝝ:
Ex fa.15.Aeneas in deum mu.
H Quicqd in Aenea fuerat mortale repurgat
Et reſperſit aquis pars optima reſtitit illi
Luſtratū genitrix diuino corpus odore
Vnxit & ambroſia cū dulci nectare mixta.

Contigit os:fecitq; deũ.quẽ turba quirini
Nuncupat indigetem temploq; ariſq; recepit.

Ex fa.16.Vertũnus in uarias figuras mu.

Salue uirginei flos intemeratе pudoris. I
Quoq; magis timeas(& enim mihi multa uetuſtas K
Scire dedit)referã tota notiſſima cipro
Facta:quibus flecti facile:& miteſcere poſſis

Ex fa.18.Romulus poſt mortẽ dictus Quirinus.

Taciuſq;:patreſq; ſabini L
Bella gerunt:arciſq; uia tarpeia recluſa
Dignã animã pœna congeſtis exuit armis.

Ex.15.li.Ex fa.2.Aiç i uaria corpa trãſmigrare dñr

VIr fuit hic ortu ſamius.ſed fugerat una M
Et ſamon & dominos:odioq; tyrãnidis exul
Sponte erat.iſq; licet cœli regione remotus:
Mente deos adiit:& quæ natura negabat
Viſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Primuſq; animalia menſis N
Arguit imponi:primus quoq; talibus ora
Docta quidẽ ſoluit:ſed nõ & credita uerbis.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora:ſunt fruges:
Heu quantũ ſcelus eſt in uiſcere uiſcera condi:
Congeſtoq; auium pingueſcere corpore corpus:
Alteriuſq; animantẽ:animantis uiuere lœto.

Ex fa.3.Pythagoras aliqñ Euphorbius

O genus attonitũ gelidæ formidine mortis: O
Quid ſtygia:quid tenebras:& noĩa uana timetis?

Materiem uatũ: falſiq̃ pericula mundi?
Corpora ſiue rogus flãma: ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit: mala poſſe pati nõ nulla putetis:
Morte carent animæ: ſempq̃ priore relicta
Sede: nouis domibus uiuunt: habitantq̃ receptæ.
Ipſe ego nã memini troiani tẽpore belli
Panthoides euphorbus eram:
Omnia mutant̃: nihil interit: errat: & illinc
Huc uenit: hinc illuc & quoſlibet occupat artus
Spiritus eq̃ feris humana in corpora tranſit:
Inq̃ feras noſter. nec tẽpore deperit ullo.
Vtq̃ nouis facilis ſignatur cæra figuris.
Nec manet: ut fuerat: nec formas ſeruat eaſdẽ.
Sed tñ ipſa eadem eſt: animã ſic ſemp eandẽ
Eſſe: ſed in uarias doceo migrare figuras.
¶Ergo ne pietas ſit uicta cupidine uentris
Parcite (uaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare aĩas: ne ſanguine ſanguis alat̃.
Et qm̃ magno feror æquore: plenaq̃ uentis
Vela dedi. nihil eſt toto qd̃ perſtet in orbe.
Cuncta fluunt omniſq̃ uagans format̃ imago:
Ipſa quoq̃ aſſiduo labunt̃ tẽpora motu:
Nõ ſecus ac flumẽ: neq̃ enim cõſiſtere flumen:
Nec leuis hora põt. ſed ut unda impellit̃ unda:
Vrgeturq̃ eadẽ ueniẽs: urgetq̃ priorẽ:
Tempora ſic fugiũt pariter: pariterq̃ ſequunt̃:
Et noua ſunt ſemp. nã qd̃ fuit ante relictũ eſt:
Fitq̃: qd̃ haud fuerat: momẽtaq̃ cũcta nouant̃.

Quid nõ in ſpecies ſuccedere quattuor annũ Q
Aſpicis:ætatis peragentẽ imitamina noſtræ?
Nã tener:& lacteus:puerīq; ſimillimus æuo
Vere nouo eſt:tũc herba recens:& roboris expers
Turget:& inſolida eſt:& ſpe delectat agreſtes.
Omnia tunc florent:florũq; coloribus almus
Ludit ager.neq; adhuc uirtus in frondibus ulla eſt.
Tranſit in æſtatẽ poſt uer robuſtior annus: R
Fitq; ualens iuuenis:neq; enim robuſtior ætas
Vlla:nec uberior:nec quę magis ardeat ulla eſt.
Excipit autũnus:poſito feruore iuuentæ S
Maturus:mitiſq;:inter iuuenẽq;:ſenẽq;
Temperie medius:ſparſus quoq; tẽpora canis.
Inde ſenilis hyems tremulo uenit horrida paſſu: T
Aut ſpoliata ſuos:aut quos hẽt alba capillos:
Noſtra quoq; ipſoꝶ:ſemp requieq; ſine ulla A
Corpora uertunť:nec quod fuimuſue:ſumuſue
Cras erimus:
Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans: B
Mox quadrupes:rituq; tulit ſua mẽbra feraꝶ
Paulatimq; tremens:& nõdũ poplite firmo
Conſtitit:adiutis aliquo conamine neruis.
Inde ualens ueloxq; fuit:ſpaciũq; iuuentę
Tranſit:& emeritis medii quoq; tẽporis annis
Labiť occiduæ per iter decliue ſenectæ:
Subruit hæc:æui demoliturq; prioris
Robora. ¶ Fletq; milon ſenior:cũ ſpectat inanes C
Illos qui fuerant ſolidaꝶ more ferarum

Herculeis ſimiles fluidos pẽdere lacertos.
D Flet quoq; ut in ſpeculo rugas aſpexit aniles
Tindaris:& ſecũ cur ſit bis rapta requirit.
E Tempus edax re℞:tuq; inuidioſa uetuſtas
Omnia deſtruitis:uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta cõſumitis omnia morte.

Ex fa.4.De elemẽto℞ trãſmutatione.

F Quattuor ęternus genitalia corpora mũdus
Continet.ex illis duo ſunt oneroſa:ſuoq;
Pondere in inferius tellus.atq; unda ferunt᷑:
Et totidẽ grauitate carẽt:nulloq; premente
Alta petunt.aer:atq; aere purior ignis.
G Quę quãq̃ ſpatio diſtant:tñ omnia fiunt
Ex ipſis:& in ipſa cadũt:reſolutaq; tellus
In liquidas rareſcit aquas:tenuat᷑ in auras:
Aeraq; humor abit.dẽpto quoq; pondere rurſus
In ſuperos aer tenuiſſimus emicat ignes:
Inde retro redeunt.idẽq; retexit᷑ ordo:
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit:
Hic in aquas:tellus glomerata cogit᷑ unda.
H Nec ſpecies ſua cuiq; manet:rerũq; nouatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.
I Nec perit in toto quicq̃(mihi credite)mũdo
Sed uariat:faciẽq; nouat.¶Naſciq; uocat᷑
Incipere eſſe aliud:q̃ qđ fuit ante.¶Moriq;
K Deſinere illud idẽ.¶Cũ ſint huc forſitã illa:
Hæc tranſlata illuc:ſũma tñ omnia conſtant
Nil equidẽ durare diu ſub imagine eadẽ

Crediderim.¶Sic ad ferrũ ueniſtis ab auro
Sæcula:Sic totiens uerſa eſt fortuna locoꝝ.
Vidi ego quód fuerat quõdã ſollidiſſima tellus
Eſſe fretũ:uidi factas ex æquore terras.
Ex fa.37.Vnica phœnix poſt ſui cõbuſtionem aliã (pcreat.
Hæc tñ ex aliis generis primordia ducunt L
Vna eſt:quæ reparet:ſeq; ipſa reſeminet ales.
Aſirii phœnica uocãt.nõ fruge:nec herbis
Sed thuris lachrymis:& ſuco uiuit amomi:
Hæc ubi quinq; ſuæ cõpleuit ſęcula uitę
Ilicis in ramis:tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidũ ſibi cõſtruit ore:
Quo ſimulac caſias:& nardi leuis ariſtas:
Quaſſaq; cũ fulua ſubſtrauit cinama mirra
Se ſuper imponit:finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidẽ qui uiuere debeat annos
Corpore de patrio paruũ phœnica renaſci.
Ex fa.42.Gentiũ & reꝝ mutatio.
Deſinet ante dies:& in alto phœbus anhelos M
Equore tinget equos:q̃ cõſequar omnia dictis
In ſpecies tranſlata nouas.¶Sic omnia uerti
Cernimus:atq; alias aſſumere robora gentes:
Cõcidere has.¶Sic magna fuit cenſuq; uiriſq;:
Perq; decẽ potuit tantũ dare ſanguinis annos
Nũc humilis:ueteres tantũmodo troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auoꝝ:
Clara fuit ſparte:magnæ uiguere mycenæ:
Nec nõ & cecropis:nec nõ amphionis arces

Vile ſolũ ſpartę eſt:altæ cecidere mycenæ.
Aedipodionię quid ſunt:niſi nomina thebæ.
Q uid pandioniæ reſtant:niſi nomẽ athenæ.
Ex fa.43.Numę Pompilii dogma.
N Nos quoq; pars mũdi.qm̃ nõ corpora ſolũ
O Verũ etiã uolucres animę ſumus.¶ Inq; ferinas
Poſſumus ire domos:pecudũq; in corpora condi
Corpora:quæ poſſunt animas habuiſſe parẽtũ:
Aut fratrũ:aut aliquo iunctoꝝ fœdere nobis:
P Aut hominũ certe.¶ Tuta eſſe:& honeſta ſinamus
Ne ue thieſteis cumulemus uiſcera menſis.
Ora uacẽt epulis.alimẽtaq; mitia carpant:
Ex fa.44.Reditus Numę in patriã.
Q Q uotiens flenti Theſeius hęros
Siſte modũ dixit.Nec.n.fortuna querẽda
Sola tua eſt.Similes alioꝝ reſpice caſus:
Mitius iſta feres:utinãq; exẽpla dolentẽ
Nõ mea te poſſent releuare:ſed & mea poſſunt.
Ex fa.49.Cipi frons cornuta.
R Tu modo rũpe morã:portaſq; intrare patẽtes
Appropera.ſic fata iubẽt:nãq; urbe receptus
Rex eris:& ſceptro tutus potiere perẽni.
Rettulit ille pedẽ:toruãq; a mœnibus urbis
Auertens faciẽ:procul ah procul omnia dixit
Talia dii pellant:multoq; ego iuſtius ęuum
Exul agã:q̃ me uideãt capitolia regẽ.
Ex fa.50.Eſculapius in ſerpẽtẽ mu.
S Cognouit numina caſtuș

Euinctus uitta crines albente ſacerdos:
En deus eſt.deus eſt.animis:linguiſq; fauete
Quiſquis adeſt:dixit:

Auctoris epilogatio de ope ſuo.

Iamq; opus exegi:quod nec Iouis ira:nec ignis
Nec poterit ferrũ:nec edax abolere uetuſtas:
Cum uolet illa dies:quæ nil niſi corporis huius
Ius habet:incerti ſpatiũ mihi finiat æui:
Parte tamẽ meliore mei ſup alta perẽnis
Aſtra ferar.nomẽq; erit indelebile noſtrũ.
Quaq; patet domitis romana potẽtia terris
Ore legar populi:perq; omnia ſæcula fama
(Si quid hñt ueri uatũ præſagia)uiuam.

Ex libris Faſtoꝝ.P.O.N.Ex li.I.flores electi.

ANnue conanti per laudes ire tuoꝝ: A
Deq; meo pauidos excute corde metus:
Da mihi te placidũ:dederis in carmina uires:
Ingeniũ uultu ſtatq;:caditq; tuo.
Proſpera lux oritur.linguis:animiſq; fauete: B
Nunc dicenda bono:ſunt bona uerba die.
Lite uacent aures:inſanaq; protinus abſint
Iurgia:differ opus liuida turba tuũ.
Salue feſta dies:meliorq; reuertere ſemp: C
A populo reꝝ digna potente coli.
Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Ianus D
Bina repente oculis obtulit ora meis.
Extimui:ſenſiq; metu riguiſſe capillos: E
Et gelidũ ſubito frigore pectus erat.

F Ille tenēs baculum dextra:clauēq; ſiniſtra
Acdidit hos nobis ore priore ſonos.
Diſce metu poſito uates operoſe dieꝶ
Q uod petis:& uoces percipe mente meas.
G Me Chaos antiqui:nā ſum res priſca:uocabant
Aſpice q̄ longi tēporis acta canā.
Lucidus hic aer:& quæ tria corpora reſtant
Ignis:aqua:& tellus unus aceruus erant:
Vt ſimul hæc reꝶ ſeceſſit lite ſuaꝶ:
Inq; nouas abiit maſſa ſoluta domos:
H Altū flāma petit:proprior locus aera cœpit:
Sederūt medio terra:fretūq; loco.
I Vix ego ſaturno queq̄ regnante uidebā
Cuius nō animo dulcia lucra forēt.
Tempore creuit amor:qui nūc eſt ſūmus hñdi
Vix ultra quo iam progrediatur:habet.
Pluris opes nūc ſunt:q̄ priſci tēporis annis
Dum populus pauper:dum noua roma fuit:
At poſtq̄ fortuna loci caput extulit huius:
Et tetigit ſummos uertice roma deos:
Creuerūt & opes:& opū furioſa libido:
Et cū poſſideant plurima:plura petūt.
Q uærere ut abſumāt:abſumpta requirere certant:
Atq; ipſę uitiis ſunt alimēta uices.
Sic qbus intumuit ſuffuſa uenter ab unda:
Q uo plus ſunt potę:plus ſitiuntur aquę.
K In precio preciū nūc eſt:dat cenſus honores:
Cenſus amicicias:paup ubiq; iacet.

Laudamus ueteres:ſed noſtris utimur annis. L
Nōdū iuſtitiā facinus mortale fugarat: M
Vltima de ſupis:illa reliqt humū:
Proq; metu populū ſine ui pudor ipſe regebat:
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.
Quis uetat & ſtellas:ut quęq; oriturq;.caditq; N
Dicere:promiſſi pars fuit illa mei.
Fœlices animæ:qbus hæc cognoſcere primū:
Inq; domos ſupas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter:uitiiſq;:iociſq;:
Altius humanis excruiſſe caput.
Non uenus:& uinū ſublimia pectora fregit:
Officiūq; fori:militięq; labor.
Nec leuis ambitio:perfuſaq; gloria fuco
Magnarū ue fames ſollicitauit opum.
Admouere oculis diſtātia ſidera noſtris:
Aetheraq; ingenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petitur cœlū:nō ut ferat oſſan olympus:
Sūmaq; peliacus ſidera tangat apex.
Faſtus ineſt pulchris:ſequiturq; ſupbia formā. O
Cui genitrix flenti:fortuna uiriliter inqt P
(Siſte puer lachrymas)iſta ferēda tibi eſt.
Sic erat in fatis:nec te tua culpa fugauit
Sed deus offenſo pulſus es urbe deo.
Nec meriti penā pateris ſed numinis iram
Eſt aliqd magnis crimē abeſſe malis.
Conſcia mens ut cuiq; ſua eſt:ita cōcipit intra Q
Pectora:pro facto:ſpemq;:metūq; ſuo.

R Omne ſolum forti patria eſt:ut piſcibus æquor:
Vt uolucri uacuo quicqd in orbe patet.
S Nec fera tempeſtas toto tamẽ errat in anno:
Et tibi:crede mihi:tempora ueris erunt.
T Frondibus attiacis comptos redimita capillos
Pax ades:& toto mitis in orbe mane.
Dum deſunt hoſtes:deſit quoq; cauſa triũphi.
Tu ducibus bello gloria maior eris.

Ex libro Faſtoꝝ ſecũdo.

V OMne nefas:omnẽq; mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes:
Græcia principiũ moris fuit.illa nocentes.
Impia luſtratos ponere facta putat:
Actoridẽ peleus:ipſum quoq; pelea phoci
Cęde:per hemonias ſoluit acaſtus aquas:
Vectam frœnatis per inane draconibus ægeus
Credulus:ĩmerita phaſida fouit ope.
X Ah nimiũ faciles:qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.
A Quod mare nõ nouit? quæ neſcit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Nomẽ arioniũ ſiculas impleuerat urbes
Captaq; erat lyricis auſonis ora ſonis.
Inde domũ repetẽs puppim cõſcendit arion:
Atq; ita queſitas arte ferebat opes.
Forſitan infœlix uentos:undaſq; timebas?
At tibi mane tua tutius æquor erat?
Nãq; gubernator diſtricto cõſtitit enſe:

Ceteraq; armata conſcia turba manu:
Quid tibi cũ gladio dubiã rege nauita puppim?
Nõ ſunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus mortẽ nõ deprecor inqt:
Sed liceat ſumpta pauca referre lyra
Dant ueniã:ridentq; morã:capit ille coronã
Quæ poſſet crines phœbe decere tuos.
Induit & tyrio bis tinctã murice pallam:
Reddit icta ſuos pollice chorda ſonos.
Flebilibus numeris ueluti canentia dura
Traiectus penna tẽpora cantat olor:
¶Protinus in medias ornatus deſilit undas
Spargit̃ impulſa cerula puppis aqua
Inde(fide maius)tergo delphina recuruo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo
Ille ſedens cytharãq; tenens p̃ciũ uehendi
Cantat:& æquorias carmine mulcet aquas.
¶Dii pia facta uident.¶Aſtris delphina recepit
Iuppiter:& ſtellas iuſſit habere nouẽ.
Sic iterũ:ſic ſæpe cadunt.ubi uincere aperte B
Nõ datur inſidias:armaq; tecta parant.
Fraude perit uirtus:
Quid nõ amor improbus audet? C
Fama manet facti:poſito uellamina currũt: D
Et memorẽ famã:qui bene geſſit:habet.
Eſt honor & tumulis aĩas placere paternas: E
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Parua petunt manes:pietas pro diuite grata eſt

Munere:nõ auidos ſtix habet ima deos.

F In nocui ueniant.procul hinc procul impius eſto
Frater:& in partus mater acerba ſuos:
Cui pater eſt uiuax:qui matris digerit annos:
Quæ premit inuiſam ſocrus iniqua nurũ.
Tantalidę fratres abſint:& Iaſonis uxor:
Et quæ ruricolis ſemina toſta dedit.
Et ſoror:& Progne:tereuſq; duabus iniquus:
Et quicũq; ſuas per ſcelus auget opes.

G Ecce nefas uiſu mediis altaribus anguis
Exit:& extinctis ignibus exta rapit.
Conſulitur phœbus:ſors eſt ita reddita:matri
Qui dederit primus oſcula:uictor erit.
Oſcula quiſq; ſuæ matri properata tulerunt:
Nõ intellecto credula turba deo.

H Brutus erat ſtulti ſapiẽs inuitator:ut eſſet
Tutus ab inſidiis dire ſupbe tuis.
¶Ille iacẽs pronus matri dedit oſcula terræ
Creditus offenſo ꝓcubuiſſe pede.

I Quiſq; ſuã laudat:ſtudiis certamina creſcunt.

K Surgit cui dederat clarũ collatia nomen
Nõ opus eſt uerbis:credite rebus ait.

L Quoq; minor ſpes eſt:hoc magis ille cupit.

M Exitus in dubio eſt.¶Audebimus ultima dixit
Viderit.audentes:ſorſq;:uenuſq; iuuat.

N Vtq; thoꝝ preſſit:ferrũ lucretia mecũ eſt
Natus ait regis:tarquiniuſq; uocor.

O Illa nihil(neq; enim uocem:uireſq; loquẽdi:

Aut aliquid toto pectore mẽtis habet).
Sed tremit.ut quondã ſtabulis deprenſa relictis
Parua ſub infeſto:cũ iacent agna lupo.
Q uid faciat?pugnet?uincet? fœmina pugnãs.
Clamet?At in dextra.qui uetet enſis erat.
Affugiat?poſitis urgent pectora palmis
Tunc primũ externa pectora tacta manu.
Inſtat amãs hoſtis:precio:precibuſqꝫ:miniſqꝫ: P
Nec prece:nec precio:nec mouet ille minis.
Nil agis:eripiam dixit ꝑ crimina uitam Q
Falſus adulterii teſtis adulter ero.
Interimã famulũ:cũ quo deprẽſa fereris:
Succubuit famæ uicta puella metu.
Iamqꝫ erat orta dies:ſparſis ſedet illa capillis: R
Vt ſolet ad nati mater itura rogum.
Dant ueniã facto:genitor:coniunxqꝫ:coactę S
Q uã dixit ueniã uos datis:ipſa nego:
Nec mora celato fixit ſua pectora ferro:
Et cadit in patrios ſanguinolẽta pedes.

Ex Li.Faſtoꝝ Tertio.

QVid moror?& uariis onero tua pectora cauſis: T
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.
Inde datæ leges ne fortior omnia poſſet: V
Cęptaqꝫ ſunt pure tradita ſacra coli.
Exuit feritas:Armiſqꝫ potentius æquũ eſt. X
Et cũ ciue pudet conſeruiſſe manus.
Emiſſi laqueis:quid agant:quę carmina dicant: Y
Q uaqꝫ trahant ſuperis ſedibus arte iouem:

Scire nefas homini eſt.¶ Nobis conceſſa canent:
Quæq; pio dici uatis ab ore licet.

Z Nubere ſi qua uoles:q̄uis propabitis ambo
Differ:habent paruæ cōmoda magna moræ.

A Diffugiūt tyrii quo quēq; agit error ut olim
Ammiſſo dubiæ rege uagant̄ apes.

B Vincit̄ ars uento:nec iā moderator habenis
Vtitur.at uotis is quoq; poſcit opē.

C Exilit & uelox humili ſup auſa feneſtra
Se iacit:audacē fecerat ipſe timor:
Cūq; metu rapit̄:tunica uelata recincta
Currit ut auditis territa dāma lupis.

Ex Libro Faſtoꝝ Quarto.

D HInc ſatus Aeneas pietas ſpectata per ignes
Sacra:patrēq; humeris altera ſacra tulit.

E Cōſcia mens recti famæ mendacia ridet.
¶ Sed nos in uitiū credula turba ſumus.

F Supplicis alma tuæ genitrix fœcūda deoꝝ
Accipe ſub certa conditione preces:
Caſta negor:ſi tu dānas:meruiſſe fatebor:
Morte luam pœnas:indice uicta dea:
Sed ſi crimen abeſt tu noſtræ pignora uitæ
Re dabis:& caſtas caſta ſequere manus.
Dixit:& exiguo funē conamine traxit.
Mira:ſed e ſcæna teſtificata loquar.
Mota dea eſt:ſequiturq; ducē:laudatq; ſequēdo.
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.
Exululant comites:furioſaq; tibia flatur:

Et feriunt molles taurea terga manus?
Claudia pcedit læto celeberrima uultu:
Credita uix tandē teſte pudica deo.
Ipſa ſedens plauſtro:porta eſt inuecta capena.
Sparguntꝗ iunctæ flore recente boues.
Præda puellares animos delectat inanis: G
Et nō ſentitur ſedulitate labor.
An magis hunc morē pietas Aeneia fecit H
Innocuū uicto cui dedit ignis iter?
Hoc celer urget opus:quē romulus ipſe uocaret: I
Sintq; celer curæ dixerat iſta tuæ:
Ne ue quis aut muros:aut factā uomere foſſam
Tranſeat:audentē talia dede neci:
Quod remus ignorās humiles cōtēnere muros
Cœpit:& his populus dicere tutus erit?
Nec mora tranſiliit:retro celer occupat auſum:
Ille premit durā ſanguinolentus humū.
Hęc ubi rex didicit lachrymas intorſus abortas
Deuorat:& clauſum pectore uulnus habet.
Flęre palā nō uult:exemplaq; fortia ſeruat:
Sicque meos muros tranſeat hoſtis ait.
Dat tn̄ exequias.nec iam ſuſpēdere flętū
Suſtinet:& pietas diſſimulata patet:
Oſculaq; applicuit poſito ſuprema feretro:
Atq; ait inuito frater adempte uale.

Ex Li.Faſtoꝝ Quinto.

MAgna fuit capitis quondā reuerentia cani: K
Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat.

Nec niſi poſt annos patuit tūc curia ſeros.
Nomē & ætatis mite ſenatus habet.
Verba qs auderet corā ſene digna rubore
Dicere? Cenſurā lōga ſenecta dabat.
L Ara erat illa qdē curibus: ſed longa uetuſtas
Deſtruit: & ſaxo lōga ſenecta nocet.
M Ipſa doce quæ ſcis. hominū ſententia fallax:
Optima tu proprii nominis auctor eris.
N Nos quoq; tāgit honos: feſtis gaudemus: & aris:
Turbaq; cœleſtes ambitioſa ſumus.
Sæpe deos aliqs peccādo fecit iniquos:
Et pro delictis hoſtia blanda fuit.
Sæpe Iouē uidi quom iā ſua mittere uellet
Fulmina: thure dato ſuſtinuiſſe manū.
At ſi negligimur: magnis iniuria pœnis
Soluitur: & iuſtū præterit ira modū.
Reſpice Teſtiadē: flāmis abſentibus arſit:
Cauſa eſt: q; phœbes ara ſine igne fuit.
Reſpice Tantalidē: eadē dea tela tenebat
Virgo eſt: & ſpretos bis tamē ulta focos:
Hippolyte infœlix uelles coluiſſe dionē:
Quom cōſternatis dirriperis equis.

Ex Libro Faſtoꝝ Sexto.

O Eſt Deus in nobis: agitāte caleſcimus illo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis hēt.
P Cętera iā pridē didici puerilibus annis.
Non tñ idcirco prætereūda mihi.
Q Attonitæ flebāt demiſſo crine miniſtræ:

Abſtulerat uires corporis ipſe timor. R
Nullaq; dicet uittas temeraſſe ſacerdos:
Hoc duce:nec uiua defodiet humo.
Sic inceſta perit:quia quã uiolauit:in illa
Condit:& tellus:ueſtaq; numẽ idẽ eſt.
Scilicet interdũ miſcent triſtia lętis: S
Nec populũ toto pectore feſta iuuãt.
¶Craſſus ad eufraten aqlas:natũq;:ſuoſq;
Perdidit.& lœto eſt ultimus ipſe datus.
Filia carpẽto patrios initura penates: T
Ibat per medias alta feroxq; uias:
Corpus ut aſpexit lachrymis auriga pfuſis
Reſtitit:hũc tali corripit illa ſono.
Vadis:an expectas preciũ pietatis amarꝰ
Duc inquã inuitas ipſa per ora rotas:
Certa fides facti eſt dictus ſceleratus ab illa
Vicus:& æterna res ea præſſa nota eſt.
Sic agit cenſura:& ſic exẽpla parant: V
Quom iudex:alios qd monet:ipſe facit.
Tempora labunt:tacitiſq; ſeneſcimus annis: X
Et fugiũt freno nõ remorãte dies.

Ex Libris.P.O.N.De Amoris remedio:Ex li.1.
Q Vin etiã docui:qua poſſes arte parari: A
Et quod nũc ratio eſt:impetus ante fuit.
Si qs amat:quod amare iuuat fęliciter ardet B
Gaudeat:& uento nauiget ille ſuo.
At ſi qs male fert indignæ regna puellæ: C
Ne pereat:noſtræ ſentiat artis opem.

Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite:
Q uos ſuus ex omni parte fefellit amor.
Diſcite ſanari:per quē didiciſtis amare:
Vna manus uobis uulnus:opēq; feret.
Terra ſalutiferas herbas:eadēq; nocētes
Nutrit:& urticæ proxima ſæpe roſa eſt.
Vulnus achilleo:quæ quondā fecerat hoſti:
Vulneris auxiliū pelias haſta tulit.
D Vtile propoſitū eſt ſæuas extinguere flāmas:
Nec ſeruū uitiis pectus habere ſuū.
E Me duce dānoſas hoīes cōpeſcite curas.
Rectaq; cū ſociis me duce nauis eat.
Dum licet:& modici tāgūt præcordia motus.
Si piget:in primo limine ſiſte pedem.
Opprime dū noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi:
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
F Nā mora dat uires.teneras mora pcoqt uuas:
Et ualidas ſegetes:qđ fuit herba facit.
Q uæ præbet latas arbor ſpatiātibus umbras.
Q uo poſita eſt primū tēpore:uirga fuit.
Tūc poterat manibus ſumma tellure reuelli:
Nūc ſtat in īmenſum uiribus aucta ſuis.
G Q uale ſit id quod amas:celeri circūſpice mēte:
Et tua læſuro ſubtrahe colla iugo:
H Principiis obſta:ſero medicina paratur:
Cum mala per longas cōualuere moras:
Sed propera:nec te uenturas differ in horas:
Q ui nō eſt hodie:cras minus aptus erit.

Verba dat oĩs amãs:repitq; alimẽta morãdo:
Optima uindictæ ꝓxima quæq; dies.
Flumina magna uides paruis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicant' aquis.
Vidi ego:quod fuerat primo ſanabile uulnus
Dilatũ longę dãna tuliſſe moræ:
Sed qa delectat ueneris decerpe fructus
Dicimus aſſidue cras quoq; fiet idem.
Interea tacitæ ſerpũt in uiſcera flãmæ:
Et mala radices altius arbor agit.
Dum furor in curſu eſt:currẽti cede furori I
Difficiles aditus impetus oĩs hẽt.
Stultus ab obliquo qui cũ diſcedere poſſit
Pugnat:in aduerſas ire natator aquas.
Impatiẽs animus:nec adhuc tractabilis arte K
Reſpuit:atq; odio uerba monẽtis hẽt.
Aggrediar melius tũ cũ ſua uulnera tãgi L
Iam ſinet:& ueris uocibus aptus erit.
Quis matrẽ:niſi mẽtis inops in funere nati
Flere uetat´nõ hoc illa monẽda loco eſt.
Cũ dederit lachrymas:animũq; ĩpleuerit ægrũ:
Ille dolor uerbis emoderãdus erit.
Temporibus medicina ualet:data tẽpore ꝓſunt:
Et data nõ apto tẽpore uina nocẽt.
Quin etiã accẽdas uitia:irriteſq; uetãdo
Temporibus ſi nõ aggrediare ſuis.
Ergo ubi uiſus eris noſtra medicabilis arte M
Fac monitis fugias otia prima meis:

Hæc ut ames faciunt:hæc quæ fecere tuent͛:
Hæc ſunt iocũdi cauſa cibuſq; mali.
Otia ſi tollas periere cupidinis arcus:
Contẽptęq; iacent:& ſine luce faces.
Q uã platanus riuo gaudet:quã populus unda:
Et quã limoſa canna paluſtris humo:
N Tam uenus otia amat.¶Finẽ qui quęris amori
Cedit amor rebus.res age.tutus eris.
O Q uærit͛ Aegiſthus quare ſit factus adulter:
In promptu cauſa eſt:deſidioſus erat.
Pugnabant alii tardis apud ilion armis:
Q uo tulerat uires gręcia tota ſuas.
Siue operã bellis uellet dare:nulla gerebat:
Siue foro:uacuũ litibus argos erat:
Q uod potuit:fecit:ne nil ageret͛:amauit:
Sic uenit ille puer.ſic puer ille manet.
P Tu tamen & q̃uis firmis retinebere uinclis:
I procul.& longas carpere perge uias.
Nec quot tranſieris.ſed quot tibi:quære:ſuꝑſunt
Millia:nec maneas:nec prope finge moras.
Tempora nec numera:nec crebro reſpice romã:
Sed fuge.tutus adhuc parthus ab hoſte fuga eſt.
Q Dura aliquis præcepta uocet mea.dura fatemur
Eſſe:ſed ut ualeas:multa dolenda feres.
Sæpe bibi ſucos q̃uis inuitus amaros
Aeger:& oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas ferrũ patieris & ignes:
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.

Vt ualeas animo:quicq̃ tolerare negabis?
At preciũ pars hæc corpore maius habet.
Sed tñ eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ: R
Et labor eſt unus tẽpora prima pati.
Aſpicis:ut prenſos urant iuga prima iuuencos?
Vt noua uelocẽ cingula lędat equum?
Tu modo:qui:q̃d amas:ægre dediſcis amare: S
Nec potes:& uelles poſſe:docẽdus eris.
Sæpe refer tecũ ſceleratæ facta puellæ:
Et pone ante oculos omnia dãma tuos.
Et mala ſunt uicina bonis:errore ſub illo. T
Pro uitio uirtus crimina ſæpe tulit.
¶ Auferimur cultu gẽmis:auroq; teguntur
Omnia:pars minima eſt ipſa puella ſui.
Sæpe ubi ſit q̃d ames inter tã multa requiras:
Decipit hac oculos ęgide diues amor.
Ingeniũ magni liuor detractat homeri: V
Q uiſq̃s es:ex illo zoile nomen habes.
Sũma petit liuor.¶ Perflant altiſſima uenti: X
Sũma petunt dextra fulmina miſſa iouis.
Ex Li.2.& ultimo de Remedio Amoris.
HOrſitã hęc aliquis.nã ſunt quoq;parua uocabit Y
Sed quæ nõ proſunt ſingula:multa iuuant.
¶ Parua necat morſu ſpatioſum uipera taurum.
A cane nõ magno ſępe tenetur aper.
Poſſe pati facile eſt:tibi ni patientia deſit. A
Protinus ex facili gaudia ferre licet.
Nam q̃m uariant animi:uariabimus artes. B

Mille mali ſpẽs:mille ſalutis erũt.

C Quiſqs amas:loca ſola nocent:loca ſola caueto

Quo fugis?in populo tutior eſſe potes.

Nã tibi ſecretos augent ſecreta furores.

Eſt opus auxilio:turba futura tibi eſt.

Manat amor tectus:ſi nõ ab amãte recedas:

Turbaq; in hoc omnes ingenioſa ſumus.

Proximus a tectis ignis defendit̃ ægre:

Vtile finitimis abſtinuiſſe locis.

Nõ facile exuriens poſita retinebere menſa:

Et multã ſaliẽs incitat unda ſitim.

D Neue puellaꝝ lachrymis moueare caueto.

Vt flerent oculos erudiere ſuos.

¶ Artibus innumeris mens oppugnat̃ amantũ:

Vt lapis æquoreis undique pulſus aquis.

E Scripta caue relegas blandæ ſeruata puellæ

Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.

Omnia pone feros:quãuis inuitus:in ignes:

Et dic ardoris ſit rogus iſte mei.

F Si potes & cæras remoue.quid imagine muta

Carperis?hoc periit laodomia modo.

G Ad monitu recreat̃ amor.uulnuſq; nouatũ

Scinditur.¶ Infirmis cauſa puſilla nocet.

Vt pene extinctũ cinerẽ:ſi ſulfure tangas

Viuet:& ex minimo maximus ignis erit.

Sic niſi uitaris:quicqd reuocabit amorẽ:

Flãma redardeſcet:quæ modo nulla fuit:

H Gnoſida feciſſes inopem:ſapienter amaſſet.

Diuitiis alitur luxurioſus amor.
Non habet unde ſuū pauptas paſcat amorē: I
Non tñ hoc tanti eſt:pauper ut eſſe uelis.
Eneruant animos citharæ:cantuſqꝫ:lyræqꝫ: K
Et uox:& numeris brachia mota ſuis.
Eloquar inuitus.teneros ne tange poetas: L
Sūmoueo dotes impius ipſe meas.
Quid tibi præcipiā de bacchi munere:queris? M
Vina parāt animos ueneri:

Ex Li.epl'a℞.P.O.N.Ex ep'a.1.Penolope Vlixi
Quādo ego nō timui grauiora picula ueris? N
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto O
Cogit:& immenſas increpat uſqꝫ moras.
Increpet uſqꝫ licet:tua ſim:tua dicar oportet
Penelope coniunx ſemper Vlyxis ero.
Ille tñ pietate mea:precibuſqꝫ pudicis
Frangit̄:& uires temperat ipſe ſuas.
Ex Epiſtola.2.Philis Demophonti.
Exitus acta probat. ¶ Careat ſucceſſibus opto: P
Quiſqꝫ ab euentu facta notanda putat.
Ex Epiſtola.3.Briſeis Achilli.
Vince animos:irāqꝫ tuā:qui cætera uincis. Q
Ex Epiſtola.4.Phedra Hippolyto.
Quicqd amor iuſſit nō eſt contēnere tutū: R
Regnat:& in ſuperos ius habet ille deos:
Venit amor grauius quo ſerius:urimur intus S
Vrimur:& cæcū pectora uulnus habet.

Scilicet:ut teneros ledũt iuga prima iuuẽcos:
Frœnaq; uix patiẽ de grege captus equus.
Sic male:uixq; ſubit primos rude pectus amores:
Sarcinaq; hæc aio nõ ſedet apta meo.

T Sint procul a nobis iuuenes.ut fœmina cõpti:
Fine coli modico forma uirilis amat.

V Quod caret alterna requie durabile nõ eſt:
Hæc reparat uires:feſſaq; mẽbra nouat.
Arcus & arma tuæ tibi ſint imitãda dianæ.
Si nũq̃ ceſſes tendere:mollis erit.

X Victa precor:genibuſq; tuis regalia tendo
Brachia.¶Quid deceat:nõ uidet ullus amãs.

Ex Epl'a.5.Oenõne Paridi.

Y Leniter ex merito quicqd patiare ferendũ eſt.
Quæ uenit indigne.pœna dolenda uenit.

A Tu quoq; clamabis:Nulla reparabilis arte:
Læſa pudicicia eſt:deperit illa ſemel.

B Me miſerã:q̃d amor nõ eſt medicabilis herbis:
Deficior prudẽs artis ab arte mea.

Ex Epl'a.7.Dido Aeneæ.

C Sic ubi fata uocãt udis abiectus in herbis
Ad uada mæandri cõcinit albus olor.

D Te lapis:& montes:ínataq; rupibus altis
Robora:te ſæuæ progenuere feræ.

E Pone deos:& quæ tangẽdo ſacra prophanas:
Non bene cęleſtes impia dextra colit.

Ex Epl'a.8.Hermione Oreſti.

F Pro ſomno lachrymis oculi funguntˀ abortis:

Q uacꝫ licet fugio ſicut ab hoſte uiro.
Ex Ep̄la.9.Deyanira Herculi.
Fama pelaſgiadas ſubito peruenit ad urbes G
Decolor:& factis inficienda tuis.
Q uē nūq̄ Iuno:ſerieſcꝫ īmenſa laboꝝ
Fregerit:huic Iolen impoſuiſſe iugum:
Plus tibi:q̄ Iuno nocuit uenus:illa premēdo
Suſtulit.hæc humili ſub pede colla tenet.
Te ne ferūt geminos p̄ſſiſſe tenaciter angues?
Cum tener in cunis iā Ioue dignus eras.
Cœpiſti melius:q̄ deſinis:ultima primis
Cędūt:Diſſimiles hic uir:& ille puer.
Q uē nō mille ferę:quē nō ſtheneleius hoſtis.
Non potuit Iuno uincere:uicit amor.
Q uā male inęquales ueniūt ad aratra iuuēci H
Tam premit magno cōiuge nupta minor.
Non honor eſt:ſed onus ſpēs lęſura ferētes:
Si qua uoles apte nubere:nube pari.
Ex Ep̄la.10.Ariadne Theſeo.
Occurrūt aīo percūdi mille figurę: I
Morſcꝫ minus pœnę:q̄ mora mortis hēt.
Ex Ep̄la.11.Canace Machareo.
Q uid iuuat admota proauoꝝ noīa cœlo K
Inter cognatos poſſe referre Iouem?
F ugerat ore color:macies adduxerat artus: L
Sumebāt minimos ora coacta cibos:
Nec ſomni faciles.& nox erat annua nobis:
Et gemitū nullo lęſa dolore dabā.

Lumine qui ſempes prodit ipſe ſuo.
Nec piget: haud unq̃ ſtulte elegiſſe fatebor A
Permanet in uoto mens mea firma ſuo.
Qua licet: & poſſum luctor celare furorẽ: B
Sed tñ apparet diſſimulatus amor.
Lis eſt cũ forma magna pudicitiæ. C
Ex ep̃la. 16. Helena Paridi.
Nec tñ iraſcor. quis. n. ſuccenſet amanti? D
Si modo quẽ præfers nõ ſimulat amor.
At peccant aliæ. matronaq; rara pudica eſt: E
Quis prohibet raris nomen ineſſe meũ?
Aut ego perpetuo famã ſine labe tenebo: F
Aut ego te potius: quã tua dona ſequar.
Atq; ea nõ ſperno. ℂ Sic acceptiſſima ſemper G
Munera ſunt: auctor quæ precioſa facit.
Diſce meo exẽplo formoſis poſſe carere: H
Eſt uirtur placitis abſtinuiſſe bonis.
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides. I
Ferrea crede mihi nõ ſum: ſed amare recuſo K
Illum: quẽ fieri uix puto poſſe meũ.
An neſcis longas regibus eſſe manus? L
Et libet: & timeo: nec adhuc exacta uoluntas M
Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labant
Dũ nouus eſt cæpto potius pugnemus amori: N
Flãma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus in hoſpitibus nõ eſt amor: errat ut ipſi: O
Cũq; nihil ſperes firmius eſſe: fugit.
Hipſiphile teſtis. teſtis minoia uirgo.

In nõ exhibitis uᵗraqꝫ iuncta thoris.
Omnia medeę fallax promiſſit iaſon:
Pulſa eſt æſonia non minus illa domo.
¶ Tale nihil timeo.ſed nec medea timebat.
Fallit᷑ augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Ex Epl̃a.17.Leander Hero.
P Rupe ſedens aliqua ſpecto tua littora triſtis:
Et quo non poſſum corpore:mente feror.
Ex epl̃a.18.Hero Leandro.
Q Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt
Da ueniã faſſæ:nõ patienter amo.
R Vrimur igne pari.ſed ſum tibi uiribus impar:
Fortius ingeniũ ſuſpicor eſſe uiris
Vt corpus teneris.ſic mens infirma puellis.
Defficiã parui tẽporis adde moram.
Ex Epl̃a.19.Aconcius Cydippe.
S Cur reus infœlix abſens agor:& mea cũ ſit
Optima:nõ ullo cauſa tuente perit:
T Nõ boue mactato cœlectia numina gaudent:
Sed quæ præſtãda eſt & ſine teſte:fide.
¶ Vt ualeant:alię ferrum patiunt᷑ & ignes:
Fert aliis triſtẽ ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis:tantũ periuria uita:
Teqꝫ ſimul ſerua:meqꝫ:dataqꝫ fidẽ.
Ex Libro.P.O.N.De Sapho.
V NEc mihi diſpoſitis iungã:quæ carmina neruis:
Proueniũt.uacuæ carmina mentis opus.
X At mihi pegaſides blandiſſima carmina dictant.

Iam canitur toto nomen in orbe meũ:
Si mihi difficilis formã natura negauit: Y
Ingenio formæ damna rependo meæ.
Non mandata dedi:neq; enim mãdata dediſſem A
Vlla:niſi ut nolles ĩmemor eſſe mei.
Et lachrymæ deerant oculis:& lingua pallato B
Aſtrictum gelido frigore pectus erat:
Poſtq̃ ſe dolor ĩminuit:mea pectora planxi:
Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter:quã ſi nati pia mater adempti
Portat ad extructos corpus inane rogos.
Nunc uellẽ facũda forem.dolor artibus obſtat: C
Ingeniũq; meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondent ueteres in carmina uires.
Plectra dolore tacẽt:muta dolore lyra eſt.

Ex Libro.P.O.N.In Ibim.

DIi melius:quoq; longe mihi maximus ille eſt: D
Qui noſtras inopes noluit eſſe uias.
Huic igit͛ meritas grates quaſcũq; licebit
Pro tã manſueto pectore ſemper agam.
At tibi calcaſti qui me uiolente iacentẽ: E
Quod licet:& miſero debitus hoſtis ero.
Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor:
Iunctaq; cũ luna lumina ſolis erunt:
Parſq; eadẽ cœli zephros ĩmittet & euros.
Et tepidus gelido flabit ab axe nothus:
Et uer autũno:& brumæ miſcebit͛ æſtas:
Atq; eadẽ regio ueſper:& ortus erit:

Quã mihi ſit tecũ poſitis quæ ſumpſimus armis
Gratia:cómiſſis improbe rupta tuis:
Quã dolor hic unquã ſpacio euaneſcere poſſit
Leniat aut odiũ tẽpus:& hora meũ.
Pax erit hæc nobis:donec mihi uita manebit:
Cũ pecore infirmo:quæ ſolet eſſe lupis.
F In loca ab elyſiis diuerſa fugabere campis:
Quaſq; tenet ſedes noxia turba coles.
G Quiſq; gerunt humeris perituras bellides undas:
Exulis ægypti turba cruenta nurus.
H Poma pater pelopis præſentia quærit & idem
Semp eget liquidis ſemp abundat aquis:
I Iugeribuſq; nouẽ qui ſummus diſtat ab imo:
Viſcera quæ aſſiduæ debita præbet aui.
K Hic tibi de furiis ſcindet latus una flagello:
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis ſectos dabit anguibus artus.
Tertia fumantes incoquet igne genas.
¶Noxia mille modis lacerabit̃ umbra:tuaſq;
Aeacus in pœnas ingenioſus erit.
L Nec mortis pœnas mors altera finiet huius:
Horaq; erit tantis ultima nulla malis.
Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri:
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Ex Li.P.O.N.De Arte Amãdi.Ex.1.flores electi.

M ARte citæ:ueloq; rates:remoq; reguntur.
Arte leuis currus:arte regendus amor.
Sed tñ & tauri:ceruix onerat̃ aratro:

Frœnaqȝ magnanimi dente teruntᷣ equi
Vt redit:itqȝ frequens longũ formica p agmen: N
Granifero ſolitũ dum uehit ore cibũ.
Aut ut apes ſaltuſqȝ ſuos:& olentia nactæ
Paſcua:per flores & thyma ſũma uolant:
Sic ruit in celebres cultiſſima fœmina ludos.
Copia iudiciũ ſæpe morata meũ eſt.
Spectatũ ueniũt:ueniũt:ſpectentᷣ ut ipſę:
Ille locus caſti damna pudoris habet.
Vina parant aĩos:faciuntqȝ caloribus aptos O
Cura fugit multo:dilluiturqȝ mero.
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris: P
Vicinũqȝ pecus grandius uber habet.
Mens erit apta capi tunc:cũ lætiſſima rerũ: Q
Vt ſeges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dũ gaudent:nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent:blanda tũ ſubit arte uenus.
Tunc cũ triſtis erat defenſa eſt ilion armis:
Militibus grauidũ læta recepit equum.
Vt fragilis glacies interit ira mora. R
Flectitur iratus uoce rogante deus. S
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. T
Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuuenci. V
Tempore lenta pati fræna docentᷣ equi.
Ferreus aſſiduo conſũmitᷣ annulus uſu.
Interit aſſidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durũ ſaxo? quid mollius unda?
Dura tñ molli ſaxa cauantᷣ aqua.

A Facile eſt omnia poſſe deo.
B Tuta frequẽſq; uia eſt per amici fallere nomen:
Tuta frequẽſq; licet ſit uia:crimẽ habet.
C Ebrietas ut uera nocet:ſic ficta iuuabit.
D Laudatas oſtendit auis iunonia pennas:
Si tacitus ſpectes:illa recondet opes.
E Fallite fallentes:ex magna parte prophanũ
Sunt genus:in laqueos:quos poſuere cadant.
Dicit̃ ægyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus:atq; annos ſicca fuiſſe nouẽ.
Quũ thraſius buſirin adit:mõſtratq; piari:
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe iouem.
Illi buſiris:fies iouis hoſtia primus
Inquit:& ægypto tu dabis hoſpes aquam.
Et phalaris tauro uiolenti mẽbra perilli
Torruit.infœlix imbuit auctor opus.
Iuſtus uterq; fuit:neq; enim lex iuſtior ulla eſt:
Quã necis artifices arte perire ſua.
F Et lachrymæ proſunt:lachrymis adamãta mouebis.
G Attenuant iuuenũ uigilatę corpora noctes.
H Quos credis fidos effuge tutus eris.
I Pectoribus mores tot ſunt:quot in orbe figuræ.
Ex.2.Libro.De Arte Amandi.
K NEc minor eſt uirtus:q̃ quærere parta tueri.
Caſus ineſt illic.hic erit artis opus.
L Ingeniũ mala ſæpe mouent:quis crederet unquã
Aereas hominẽ carpere poſſe uias?
M Sit procul omne nefas:ut ameris:amabilis eſto.

Forma bonũ fragile eſt:quãtũq; accedit ad annos N
Fit minor:& ſpacio carpit̃ ipſa ſuo.
Nec ſemp uiolæ:nec ſemper lilia florent:
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam uenient cani formoſe capilli.
Iam uenient rugæ:quæ tibi corpus arent:
℄Iam molire animũ qui duret:& aſtrue formã. O
Solus ad extremos pmanet illa rogos.
Dextera præcipue capit indulgẽtia mentes. P
Aſperitas odiũ:ſæuaq; bella mouet.
Odimus accipitrẽ:quia uiuit ſemp in armis:
Et pauidũ ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidiis hominũ:quia mitis hirũdo eſt:
Quaſq; colat turres chaonis ales habet.
Eſte procul lites:& amaræ prælia linguæ:
Dulcibus eſt uerbis mollis alendus amor.
Flectit̃ obſequio curuatus ab arbore ramus:
Franges:ſi uires experiere tuas.
Obſequio tranant̃ aquæ:nec uincere poſſis
Flumina:ſi cõtra:quã rapit unda nates:
Obſequiũ tigreſq; domat:tumidoſq; leones:
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Cede repugnanti:cedendo uictor abibis. Q
Amor odit inertes. R
℄Militiæ ſpecies amor eſt:diſcedite ſegnes:
Nõ ſunt hæc timidis ſigna tuenda uiris.
Nox:& hyems:longæq; uiæ:ſæuiq; labores:
Mollibus his caſtris:& dolor omnis ineſt.

Sæpe feres imbrē cœleſti nube ſolutū:
Frigidus in nuda ſæpe iacebis humo.
S Q uid tibi præcipiā teneros quoq; mittere uerſus
Hei mihi nō multū carmē honoris habet
Carmina laudanť:ſed munera magna petunť
Dūmodo ſit diues barbarus:ille placet.
¶ Aurea ſunt uere nunc ſæcula:plurimus auro
Venit honos:auro conciliať amor.
Ipſe licet uenias muſis comitatus homere:
Si nihil attuleris:ibis homere foras.
T Fac tibi conſueſcat:nihil aſſuetudine maius.
V Lenteſcunt tempore curæ:
Vaneſcitq; abſens:& nouus intrat amor.
X Sed neq; fuluus aper media tā ſæuus in ira eſt.
Fulmineo rabidos dū rotat ore canes:
Nec lea:cū catulis lactentibus ubera præbet:
Nec breuis ignaro uipera læſa pede:
Fœmina quā ſocii deprenſa pellice lecti:
Ardet & in uultu pignora mētis habet.
In ferrū:flāmaſq; ruit.poſitoq; decore
Fertur:ut aonii cornibus icta dei.
Coniugis admiſſum:uiolataq; iura mariti
Barbara per natos phaſias ulta ſuos.
Altera dira parens hæc eſt:quā cernis:hirūdo
Aſpice:ſignatū ſanguine pectus habet.
Hoc bene cōpoſitos:& firmos rumpit amores.
Crimina ſunt cautis iſta timenda uiris.
Y Gloria peccati nulla petenda tui eſt.

Luxuriant animi rebus plærũq; ſecundis: Z
Nec facile eſt æqua cõmoda mente pati.
Quod iuuat exiguũ eſt.plus eſt:qđ lædit amãtes A
Proponant animo multa ferenda ſuo.
Quod lepores in atho:quod apes paſcunť in hybla.
Cærula quod baccas palladis arbor habet.
Littore qđ conchæ.tot ſunt in amore dolores:
Quæ patimur:multo ſpicula felle madent.
Ardua molimur.ſed nulla:niſi ardua uincũt: B
Difficilis noſtra poſcitur arte labor.
Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus: C
At contra grauis eſt culpa tacenda loqui.
Vtile quæ multis diſſimulaſſe fuit. D
Quod male fers:aſſueſce:fers bene.multa uetuſtas E
Lenit:at incipiens oĩa ſentit amor.
Dũ uires:anniq; ſinunt:tollerate labores. F
Iam ueniet tacito curua ſenecta pede:
Cũ mora nõ tuta eſt:totis incũbere remis G
Vtile:& admiſſo ſubdere calcar equo.

Ex.3.& ultimo libro.De Arte Amãdi.

VEnturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ H
Sic nullũ uobis tempus abibit iners.
Eunt Anni more fluentis aquæ. I
Nec quæ præteriit:curſu reuocabiť unda.
Nec quæ præteriit:hora redire poteſt.
Vtendũ eſt ætate.cito pede labiť ætas
Nec bona tã ſequiť:q̃ bona prima fuit.
Quã cito:me miſerũ.laxantur corpora rugis:

Et perit in nitido:qui fuit ore color.
Veſtra ſine auxilio fugiunt bona.carpite florē:
Qui niſi captus erit:turpiter ipſe cadet.
K Adde:qđ & partus faciunt breuiora iuuentæ
Tempora:continua meſſe ſeneſcit ager.
L Sed neq; ramoſa numerabis in ilice frondes:
Nec quot apeſ hyblæ:nec quot in alpe feræ.
Nec mihi tot cultus numero cōprendere fas eſt.
Adiciit ornatus proxima quæq; dies.
Fœmina caniciem germanis inficit herbis.
Et melior uero quærit̃ arte color.
Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis:
Proq; ſuis alios efficit ære ſuos.
Quid de ueſte loquar̃ nō iam ſegmēta requiro:
Nec quæ de tyrio murice lana rubet.
M Quo nō ars penetrat.diſcūt lachrymare decenter.
Quoq; uolunt plorant tēpore:quoq; modo.
N Maius opus:mores cōpoſuiſſe ſuos.
O Quod latet.ignotū eſt:ignoti nulla cupido.
P Errat & in nulla ſede morat̃ amor.
Q Iudice me:fraus eſt cōceſſa repellere fraudē:
Armaq; in armatos ſumere iura ſinūt.
R Pertinet ad faciē rabidos cōpeſcere mores:
Candida pax homines:trux decet ira feras.
¶Ora tument ira.nigreſcunt ſanguine uenæ:
Lumina gorgoneo ſæuius angue micāt.
S Scilicet ingeniū placida molit̃ ab arte:
Et ſtudio mores conueniēter eunt.

Eſt deus in nobis.ſunt & comertia cęli. T
Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.
Nō bene cū ſociis regna:uenuſq; manent. V
Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes. X
Nupta uiꝝ timeat.rata ſit cuſtodia nuptę: A
Hoc decet:hoc leges:iuſq;:pudorq; iubent.
Munera(crede mihi)placant homineſq;:deoſq;. B
Placatur donis iuppiter ipſe datis.
Quid ſapiēs faciet?ſtultus quoq; munere gaudet?
Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.
Nec cito credideris:quātū cito credere lędat. C
Exemplū uobis nō leue procris erit.

Ex Libris.P.O.N.De pōto.Ex Li.1.Ad Brutū.

CVm foret Aeneæ ceruix ſubiecta parēti. D
Dicit᷑ ipſa uiro flāma dediſſe uiam.
Vaticinor:moneoq;:locū date ſacra ferenti E
Nō mihi:ſed magno poſcit᷑ ille deo.
Talia cęleſtes fieri præconia gaudent.
Vt ſua quid ualeant numina teſte probet.
Sæpe leuant pœnas:ereptaq; lumina reddūt F
Cū bene peccati pœnituiſſe uident.
Pœnitet:o ſi quid miſeroꝝ credit᷑ ulli G
Pœnitet:& facto torqueor ipſe meo.
Cūq; ſit exiliū magis eſt mihi culpa dolori:
Eſtq; pati pęnā:q̄ meruiſſe minus.
Vt mihi dii faueant:quibus eſt manifeſtior ipſe.
Pęna pōt demi:culpa perennis erit.
Mors faciet certe:ne ſim cū uenerit exul.

Nę nõ peccarim mors quoq; nõ faciet.
Nõ igit̃ mirũ eſt:ſi mens mea tabida facta eſt.
De niue manãtis more liqueſcit aquæ:
Eſtur:ut occulta uiciata putredine nauis
Aequoreos ſcopulos ut canat unda ſalis.
Rodit̃:ut ſcabra poſitũ rubigine ferrũ.
Cõditus ut tineę carpit̃ ore liber.
Sic mea ꝑpetuos curaꝝ pectora morſus
Fine qbus nullo cõficiant̃ habẽt.
Nec prius:hii mentẽ ſtimuli:quã uita relinquẽt:
Q uiq; dolet citius:q̃ dolor ipſe cadet.

Ad Maximũ primo.

H Viuimus:ut nũq̃ ſenſu careamus amaro:
Et grauior longa ſit mea pœna mora:
Sic incõſumptũ Titii.ſempq; renaſcẽs
Non perit:ut poſſit ſæpe perire iecur.
Siue dies igit̃ caput hoc miſerabile cernit.
Siue pruinoſæ noctis agunt̃ equi.
Sic mea ꝑpetuis liquunt̃ pectora curis:
Ignibus admotis:ut noua cæra ſolet.

Ad Maximũ ſecũdo.

I Neſcit.n.Cæſar(q̃uis deus oĩa norit)
Vltimus hic qua ſit cõditione locus.

Ad Ruffinum.

K Vtq; Machaoniis pęantius artibus heros:
Lenitq medicã uulnere ſenſit opẽ.
Sic ego mẽte iacẽs & acerbo ſautius ictu:
Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.

Et iã deficiẽs ſic ad tũa uerba reuixi:
Vt ſolet infuſo uena redire mero.
Nec tñ exhibuit tantas facũdia uires: L
Vt mea ſint dictis pectora ſana tuis:
Vt multũ demas nr̃o de pectore curæ:
Non minus exhauſto: qđ ſupabit: erit.
℄ Nõ eſt in medico: ſemp releuet ut æger.
Interdũ docta plus ualet arte malũ.
℄ Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas:
Sanabit nulla uulnera cordis ope.
℄ Tollere nodoſam neſcit medicina podagrã:
Nec formidatis auxiliat aquis
℄ Cura quoq; interdũ nulla medicabilis arte:
Aut ſi ſit: longa eſt attenuãda mora:
Rurſus amor patriæ rõne ualentior omni: M
Quod tua fecerũt ſcripta retexit opus.
Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos
Ducit: & ĩmemores nõ ſinit eſſe ſui.
Quid melius roma? Scythico qd frigore peius?
Huc tñ ex illa barbarus urbe fugit.
Cum bene ſint clauſæ cauea pãdione natę:
Nititur in ſiluas quæq; redire ſuas.
Aſſuetos tauri ſaltus: aſſueta leones:
Nec feritas illos impedit: antra petũt:

Ad Vxorem.

Iam mihi deterior canis aſpergit ętas: N
Iãq; meos uultus ruga ſenilis arat:
Iam uigor: & quaſſo languẽt in corpore uires:

Nec iuueni luſus:qui placuere iuuant.
Nec me ſi ſubito uideas:cognoſcere poſſis:
Aetatis facta eſt tanta ruina meæ.
Cõfiteor facere hoc annos.ſed & altera cã eſt.
Anxietas animi.cõtinuúſq; labor

O Cernis ut in duris(& qd boue firmius)aruis:
Fortia tauro℞ corpora frãgat opus.
Q uæ nũq̃ uacuo ſolita eſt ceſſare nouali:
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Occidet ad circi ſi qs certamina ſemp:
Non intermiſſis curſibus ibit equis.
Firma ſit illa licet ſoluet́ in equore nouis:
Q uæ nũq̃ liqdis ſicca carebit aquis.
¶ Me quoq; debilitat ſeries ĩmenſa labo℞:
Ante meũ tẽpus cogit & eſſe ſené.
¶ Otia corpus alũt:animus quoq; paſcit́ illis.
Immodicus cõtra carpit utrũq; labor.

Ad Maximũ Tertio.

P Cernis ut ignauũ corrũpant otia corpus.
Vt capiãt uitiũ ni moueant́ aquæ.
Et mihi ſi qs erat dicẽdi carminis uſus
Deficit.eſtq; minor factus inerte ſitu.

Ad Græcinum.

Q Artibus ingenuis:qua℞ tibi maxima cura eſt
Pectora molleſcũt:aſpitaſq; fugit.

R Spes igit́ mẽti pœnæ græcine leuãdæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea:cũ fugerẽt ſceleratas numina terras:

In diis inuiſa ſola remāſit humo.
Hæc facit:ut uideat quom terras undiq; nullas
Naufragus in mediis brachia iactet aquis.
Hęc facit:ut uiuat foſſor quoq; cōpede uinctus:
Liberaq; a ferro crura futura putet.
Sæpe aliquē ſolers medicoꝝ cura reliqt.
Nec ſpes huic uena deficiente cadit.
Carcere dicunt clauſi ſperare ſalutē:
Atq; aliqs pēdēs in cruce uota facit.
Hæc dea:q̄ multos laqueo ſua colla ligātes
Nō eſt ꝑpoſita paſſa perire nece.
Me quoq; conantē gladio finire dolorē
Arguit.iniecta cōtinuitq; manū.
❡Q uidq; facis:lachrymis opus eſt:nō ſanguine dixit.
Sæpe per has flecti principis ira ſolet.
❡Q uāuis eſt igit͛ meritis indebita noſtris.
Magna tamē ſpes eſt in bonitate dei.

Ad Meſſalinum.

Et mala naſonē quoniā meruiſſe uidetur: S
Si nō ferre doles:at meruiſſe dole.

Ad Seuerum.

Ah nimiū eſt quod amice petis:moderatius opta: T
Et uoti quæſo cōtrahe fręna tui.

Ad Maximū quarto.

Si modo nō cenſus:nec claꝝ nomē auoꝝ: V
Sed probitas magnos:ingeniūq; facit.

Ad Flaccum.

Nec uires adimit ueneris dānoſa uoluptas X

¶Non ſolet in mœſtos illa uenire thoros.

Y Vnda locuſq; nocet:& cauſa ualentior iſtis
Anxietas animi:quæ mihi ſemp adeſt.

Ad Germanicum.

Z Dii quoq; ut a cunctis hilari pietate colant.
Triſtitiã poni per ſua feſta iubẽt.

Ex.2.Libro.De Ponto Ad Meſſalinũ.

A ¶Vlneris id genus eſt:quod cũ ſanabile nõ ſit
Non hoc tractari tutius eſſe puto.

B Sed tendit in ardua uirtus.

Ad Maximum.

C Turpe q̃dẽ dictu:ſed ſi modo uera fatemur.
Vulgus amicicias utilitate probat.
Cura qd expediat prior eſt:q̃ qd ſit honeſtũ:
Et cũ fortuna:ſtatq;:caditq; fides:
Nec facile inuenies multis in milibus unũ:
Virtutẽ preciũ:qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti:facti ſi pręmia deſint
Non mouet:& gratis penitet eſſe probũ.
Nil:niſi qđ pdeſt charũ eſt.en detrahe mẽti
Spem fructus auidæ.nemo petẽdus erit.
At reditus iã qſq; ſuos amat:& ſibi qd ſit
Vtile.ſollicitis cõputat articulis.
Illud amicitiæ quondã uenerabile nomẽ
Proſtat:& in quæſtu pro meretrice ſedet.
Diligit nemo:niſi cui fortuna ſecũda eſt:
Quæ ſimul intonuit pxima quæq; fugat.
En ego nõ paucis quõdã munitus amicis:

Dum flauit uelis aura ſecūda meis.
Vt fera nimboſo tumuerunt æquora uento.
In mediis lacera.naue relinquor aquis.
Per ſeq; petenda eſt D
Externis uirtus incomitata bonis.

Ad Atticum primo.

Ante meos oculos pſto eſt tua ſemp imago. E
Et uideor uultus mente uidere tuos.
Deniq; tantus amor nobis cariſſime ſemp
Quātus in æacideu:actoridēq; fuit.
Nō ego:ſi biberes ſecuræ pocula læthes
Excidere hæc credā pectore poſſe tuo.
Longa dies citior brumali tēpore:noxq;
Tardior hyberna ſolſtitialis erit.
Nec babilon æſtū:nec frigora pontus habebit:
Caltaq; peſtanas uincet odore roſas:
Quā tibi noſtraꝝ ueniant obliuia rerū.
Nō ita pars fati candida nulla mei eſt.
Ne tñ hæc dici poſſit fiducia mendax:
Stultaq; crudelitas noſtra fuiſſe caue.

Ad Solanum.

Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis: F
Et ſeruat ſtudii fœdera quiſq; ſui.
Ruſticus agricolam:miles fera bella gerentē:
Rectorē dubiæ nauita puppis amat.

Ad Græcinum.

Corripis:ut debes:ſtulti peccata ſodalis: G
Et mala me meritis ferre minora doles.

Vera facis:ſed ſera meæ conuitia culpæ
Aſpera confeſſo uerba remitte reo.
℃Turpe erit in miſeris ueteri tibi rebus amico
Auxilũ nulla parte tuliſſe tuũ.
Turpe referre pedẽ:nec paſſu ſtare tenaci.
Turpe laborantẽ deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum:& fortunæ cædere:amicũ
Et niſi ſit fœlix:eſſe negare ſuũ.
Nõ ita uixerũt Strophio:atq; Agamẽnone nati.
Non hæc Aegidæ:Pirythoiq; fides.
Quos prior eſt mirata:ſequẽs mirabit̃ ætas.
In quoꝝ plauſu tota theatra ſonant.
℃Fac modo permaneas lapſo græcinæ fidelis:
Duret & in longas impetus iſte moras.

Ad Atticum ſecũdo.

H Proxima ſubſequit̃ quid agas audire uolũtas:
Et modo ſi quid agas ſit tibi cura mei.
Nec dubito quin ſit:ſed me timor ipſe maloꝝ
Sæpe ſupuacuos cogit habere metus.
Da ueniã quæſo.nimioq; ignoſce timori
Tranquillas ẽt naufragus horret aquas.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus unca cibis ære ſubeſſe putat.
Sæpe canẽ uiſum longe fugit agna:lupũq;
Credit:& ipſa ſuã neſcia uitat opem.
Membra reformidant mollẽ quoq; ſaucia tactũ:
Vanaq; ſollicitis incitat umbra metũ.
Sic ego fortunæ telus cõfixus iniquis

Pectore cõcipio nil niſi triſte meo.
Iam dolor in morẽ uenit meus utq; caducis I
Percuſſu crebro ſaxa cauant᷑ aquis.
Sic ego continuo fortunę uulneror ictu:
Vixq; habet in nobis iam noua plaga locũ.
Nec magis aſſiduo uomer tenuat᷑ ab uſu.
Nec magis eſt curuis appia trita rotis.
Pectora quã mea ſunt ſerie calcata maloꝝ:
Et nihil inueni:q̄d mihi ferret opem.
Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis. K
Infœlix perii dotibus ipſe meis.
Temperie cęli:corpuſq;:animuſq; iuuat᷑. L
Omnia deficiũt.animus tñ omnia uincit. M
Ille ẽt uires corpus habere facit.

Ad Cottam.

Fœlices illi qui nõ ſimulacra:ſed ipſos N
Quiq; deũ corã corpora uera uident.

Ad Cotim.

Regia:crede mihi:res eſt ſuccurrere lapſis O
Conuenit & tanto:quantus es ipſe:uiro.
Conueniens homini eſt hominẽ ſeruare uoluptas: P
Et melior nulla quærit᷑ arte fauor.

Ad Macrum.

Sunt tñ inter ſe cõmunia ſacra poetis: Q
Diuerſum quãuis quiſq; ſequat᷑ iter.

Ad Rufum.

Vt q̄q̄ longe toto ſumus orbe remoti R
Scire tñ poſſis nos meminiſſe tui.

Nominis ante mei ueniẽt obliuia nobis
Pectore:q̃ pietas ſit tua pulſa meo.
Et prius hanc animã uacuas reddemus in auras:
Quã fiat meriti gratia uana tui.

S Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores
Si tñ horteris fortius ibit equus.

T O referant grates.quoniã nõ poſſumus ipſi
Dii tibi:qui referent.ſi pia facta uident.

Ex Li.3.De Ponto.Ad Cottam.

V ℭOrpora debent mœſtis exanguia buſtis:
Effugiunt ſtructos nomen:honoſq; rogos,
Occidit & theſeus:& qui comitauit oreſtẽ:
Sed tñ in laudes uiuit uterq; ſuas.

X Ire iubet pylades carũ periturus oreſtem.
Hic negat:Inq; uicem pugnat uterq; mori.
Extitit hoc unũ qđ nõ conuenerat illis:
Cætera pars concors & ſine lite fuit.
ℭFabula narrata eſt poſtq̃ uulgaris ab illo:
Laudarũt omnes facta piãq; fidem.
Scilicet hic ẽt qua nulla ferocior ora eſt.
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Ad Ruffinum.

Y Vtq; reformidant inſuetũ lumina ſolem.
Sic ad lętitiã mens mea ſegnis erat.

Z Eſt quoq; cunctarũ nouitas gratiſſima rerũ:
ℭGratiaq; officio quod mora tardat abeſt.

A Scripta placent a morte quidẽ.quia lædere uiuos
Liuor:& inuiſo carpere dente ſolet.

Vt deſint uires tamen eſt laudanda uoluntas. B
Hac ego contentos ſuſpicor eſſe deos.
Hæc facit:ut ueniat pauper quoq; gratus ad aras.
Et placeat cæſo nō minus agna boue.
Quo pede nunc utar dubia eſt ſententia nobis. C
Iſta dei uox eſt:Deus eſt in pectore noſtro. D
Hoc duce prædico:uaticinorq; deo.

Ad amicū innominatū.

Crede mihi miſeris cœleſtia numina parcunt. E
Nec ſemper læſos & ſine fine premunt.
Principe nec noſtro deus eſt moderatior ullus:
Iuſtitia uires temperat ille ſuas.
Adde ꝙ extinctos:uel aqua:uel marte:uel igne F
Nulla pōt iterū reſtituiſſe dies.
Reſtituit multos:aut pęnæ parte leuauit
Cæſar.& in multis me precor eſſe uelit.
Deſine mitē animū uano informare timorē. G
Sæua quid in placidis ſaxa uereris aquis?

Ad Amicos.

Hoc quoq; naſo feres.etenim maiora tuliſti: H
Iam tibi ſentiri ſarcina nulla pōt.
Ductus ab armento taurus detractat aratrum
Subtrahit:& duro colla nouella iugo.
Nos quibus aſſueuit fatū crudeliter uti:
Ad mala iam pridem nō ſumus ulla rudes.
Curando fieri quædā maiora uidemus I
Vulnera:quæ melius nō tetigiſſe fuit.

Ad Maximum.

K Dignus es argento:fuluo quoq; dignior auro:
Sed te cū donas iſta iuuare ſolent.

Ad Brutum.

L Ipſe ego libroꝝ uideo delicta meoꝝ:
Cū ſua plus iuſto carmina quiſq; probet.
Auctor opus laudat:ſic forſitan actius olim.
Therſiten facie dixerit eſſe bona.
M Scribentē iuuat ipſe fauor:minuitq; laborē:
Cūq; ſuo creſcens pectore feruet opus.
¶Læta fere lætus cecini.cano triſtia triſtis.
Conueniens operi tēpus utrūq; ſuo eſt.
N Cū totiens eadem dicam uix audior ulli:
Verbaq; profectu diſſimulata carent.

Ex.4.Li.De Pōto.Ad Sextū Pōpeiū prio.

O ¶A mihi(ſi qd ea eſt)hebetantē pectora lethem.
Oblitus potero nō tū eſſe tui.

Ad Seuerum.

P Nec tū ingeniū nobis reſpondet ut ante.
Sed ſiccum ſterilli uomere littus aro.
Scilicet:ut limus uenas excecat in undis:
Læſaq; ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua.
Pectora ſic mea ſunt limo uitiata maloꝝ:
Et carmen uena pauperiore fluit.
¶Da ueniā faſſo.ſtudiis quoq; frena remiſſi:
Ducit’ & digitis littera rara meis.
Impetus ille ſacer:qui uatū pectora nutrit:
Qui prius in nobis eſſe ſolebat:abeſt.
Q Excitat auditor ſtudiū:laudataq; uirtus

Creſcit:& imenſum gloria calcar habet.

Ad quẽdam ſine nomine.

Dũ mea pupis erat ualida fundata carnia: R
Qui mecũ uelles currere primus eras.
Nunc quia contraxit uultu fortuna recædis
Auxilio poſtq̃ ſcis opus eſſe tuo.
Aut age dic aliquã:quæ te mutauerit iram.
Nam niſi iuxta tua eſt:iuſta quærela mea eſt.
Quid facis ah demens? cur ſi fortuna recedat S
Naufragio lachrymas eriptis ipſe tuo?
Hęc dea nõ ſtabili:q̃ ſit leuis orbe fatet?
Quod ſummũ dubio ſub pede ſemper habet.
¶Omnia ſunt hominũ tenui pendentia filo.
Et ſubito caſu:quæ ualuere ruunt.
Diuitis audita eſt cui nõ opulentia cræſi? T
Nempe tñ uitam captus ab hoſte tulit.
Ille ſiracuſia modo formidatus in urbe. V
Vix humili durã reppulit artẽ famẽ.
Quid fuerat magno maius? tñ ille rogauit X
Sũmiſſa fugiens uoce clientis opem.
Cuiqꝫ uiro totus terraꝝ paruit orbis.
Indignus effectus omnibus ipſe magis.
Ille iugurthino clarus:cymbroqꝫ triũpho Y
Quo uictrix totiens conſule roma fuit
In cęno marius iacuit:cannaqꝫ paluſtri
Pertulit:& tanto multa pudenda uiro.
¶Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certã præſens uix habet hora fidem.

Z Tu quoq; fac timeas:& quæ tibi lęta uident’
Dum loqueris:fieri triſtia poſſe puta.

Ad Sextū Pompeiū ſecūdo.

A Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nimbis
Nō intermiſſis ut fluat imber aquis.
Nec ſterilis locus ullus ita eſt:ut nō ſit in illo
Mixta fere duris utilis herba rubis.
B En ego lętaq; uenio tibi nuncia rerū
Fama:p̄ īmenſas aere lapſa uias

Ad Brutum.

C Immemor illoꝝ:ueſtri nō īmemor unq̄:
Qui mala ſollicite noſtra leuatis ero.

Ad Veſtalem.

D Pugnat ad exēplū primi minor ordine pili:
Multaq; fert miles:uulnera multa facit.
E Sed tantū uirtus alios tua præterit omnes.
Ante citos quantum pegaſus ibat equos.

Ad Suillium.

F Vt iam nil præſtes animi ſum factus amici
Debitor:& meritū uelle iuuare uoco.
Parua quidē fateor pro magnis munera reddi
Cū pro conceſſa uerba ſalute damus.
Sed qui quā potuit dat maxima:gratus abūde eſt:
Et finem pietas contigit illa ſuum.
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra
Thura minus grādi:q̄ data lance ualent:
Agnaq; tam lactens:q̄ gramine paſta phaliſco.
Victima tarpeios inficit icta focos.

Carmine fit uiuax uirtus:experſq; ſepulchri G
Notitiã:ſeræ poſteritatis habet.
Tabida conſumit ferrũ lapidéq; uetuſtas: H
Nullaq; res maius tempore robur habet.

Ad Græcinum.

Multiplicat tñ hunc grauitas auctoris honorẽ. I
Et maieſtatẽ res data dantis habet.
Et tñ hæc tangent aliquando cæſaris aures. K
Nil illũ toto quod fit in orbe latet.
Tu certe ſcis hæc ſuperis accite:uideſq;
Cæſar:& eſt oculis ſubdita terra tuis.

Ad Albinouanum.

Gutta cauat lapidẽ:cõſumit᷑ annulus uſu: L
Et territ᷑ preſſa uomer aduncus humo.

Ad Tuticanum.

Nec quid agam inuenio:nec quid nolimue:uelimue: M
Nec ſatis utilitas eſt mea nota mihi.
Crede mihi miſeros prudentia prima relinquit:
Et ſenſus cum re:cõſiliũq; fugit.

Ad Sextũ Pompeiũ Tertio.

Et pudet:& metuo ſemperq;:eademq; precari. N
Nę ſubeant animo tedia iuſta tuo.
¶ Verũ quid faciã:res ĩmoderata cupido eſt.
Da ueniã uitio mitis amice meo.
Semper inoblita repetam tua carmina mente: O
Et mea me tellus audiet eſſe tuum.

Ad Inuidum.

Omnia perdidimus tñmodo uita relicta eſt P

Præbeat ut ſenſum:materiaq; mali.
Q uid iuuat extinctos ferrū dimittere in artus.
Non habet iñ nobis iam noua plaga locum.
Ex libris.P.O.N.De ſine titulo.Ex Li.r.flo.ele.
Q M E miſerū certas habuit puer ille ſagittas
V xor.¶Et in uacuo pectore regnat amor
R Cædimus?an ſubitū luctando accedimus ignem?
Cedamus leue fit qđ bene fertur onus.
Vidi ego iactatas mota face creſcere flāmas.
Et uidi nullo concutiente mori.
S Multa miſer timeo quia feci multa proterue:
Exempliq; metu torqueor ipſe mei
T Nox & amor:uinūq; nihil moderabile ſuadent.
Illa pudore uacat:liber:amorq; metu:
V At tu ne dubita minuet uindicta dolorem.
X Q uaſlibet infirmas adiuuat ira manus.
Y Labit̃ occulte:fallitq; uolatilis ætas:
Et celer admiſſis labit̃ annus equis.
Z Q ui dabit:ille tibi magno ſit maior homero.
Crede mihi:res eſt ingenioſa dare.
A Impia ſub dulci melle uenena latent.
B Militat omnis amans:& habet ſua caſtra cupido
Attice:crede mihi:militat omnis amans.
Q uis niſi uel miles:uel amans:& frigora noctis:
Et denſo mixtas perferet imbre niues
¶Mars dubius:ne certa uenus:uictiq; reſurgunt:
Q uoſq; neges unq̄ poſſe iacere:cadunt.
C Q ui non uult fieri deſidioſus amet.

Nō bene cōducti uendunt periuria teſtes. D
¶Non bene ſelecti iudicis arca patet.
Turpe reos empta miſeros defendere lingua E
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
Non habet enentus ſordida præda bonos F
¶Non fuit armillas tanti tetigiſſe ſabinas:
Vt premerēt ſacre uirginis arma caput.
¶Ex quibus exierat:traiecit uiſcera ferro
Filius:& pęnæ cauſa monile fuit.
Scindentur ueſtes:gemmæ frangentur:& aurum. G
Carmina quā tribuent:fama perennis erit.
Paſcitur in uiuis liuor:poſt fata quieſcit. H
Tunc ſuus ex merito quēq; tuetur honos.

Ex Libro.2.De ſine titulo.

QVis minor eſt aūt:quā tacuiſſe labor? I
Aequo animo pœnā qui meruere:ferunt. K
Infœlix tota quicūq; quieſcere nocte L
Suſtinet:& ſomnos præmia magna uocat.
¶Stulte:quid eſt ſomnus:gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
Tu leuis es.multoq; tuis uentoſior alis: M
Gaudiaq; ambigua:daſq;:negaſq; fide.
At uos:quod quiſq; loquatur N
Credite:credenti nulla procella nocet.
Nauita ſollicitus quoq; uentos horret iniquos: O
Et prope tam lœtū:quā prope cernit aquā.
Quod ſi concuſſas triton exaſperat undas:
Qui tibi nunc toto eſt nullus in ore color.

Tu generoſa uoces fœcũdæ ſydera lædę:
Et fœlix dicas:quẽ ſua terra tenet.

P Niſi rapta fuiſſet
Tindaris:europę pax:aſięq; foret.
Fœmina ſilueſtres laphitas:populũq; biformẽ
Turpiter appoſito uertit in arma mero.
Fœmina troianos itẽq; noua bella mouere
Impulit:in regno iuſte lat:ne tuo.
Fœmina romanis etiã nũc urbe recenti
Immiſſit ſoceros:armaq; ſæua dedit.

Q Verba puellaꝝ foliis leuiora caducis:
Irritaq; ut uiſum eſt:uentus:& unda ferũt.

R Q uod licet:ingratũ eſt:qđ nõ licet:acrius urit.

Ex.3.lib.& ultimo.De fine titulo.

S DVre uir impoſito teneræ cuſtode puellæ
Nil agis:ingenio quæq; tuẽda ſuo eſt.
Si qua motu dẽpto caſta eſt:ea deniq; caſta eſt:
Q uæ:qa nõ liceat:nõ facit:illa facit.
Vt iã ſeruaris bene corpus:adultera mens eſt.
Nec cuſtodiri(ni uelit)ulla põt.
Nec mentẽ ſeruare potes:licet oĩa claudas.
Omnibus excluſis intus adulter erit.
¶Cui peccare licet:peccat minus.Ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Nitimur in uetitũ ſemp:cupimuſq; negata.
Sic interdictis ĩminet æger aquis.
Centũ fronte oculos:centũ ceruice gerebat
Argus:& hos unus ſæpe fefellit amor.

In thalamo danae ſaxo:ferroq; perẽni:
Q uæ fuerat uirgo tradita:mater erat.
¶Penelope mãſit(q̃uis cuſtode careret)
Inter tam multos intemerata procos.
Q uid mihi fortunæ tm̃?qd regna ſine uſu? T
Q uid niſi poſſedi diues auarus opes?
Sic aret mediis taciti uulgator in undis
Pomaq;:quæ nullo tẽpore tãgat:hẽt.
Ingeniũ quondã fuerat precioſius auro: V
At nũc barbaria eſt grãdis habere nihil.
¶Iuppiter admonitus nihil eſſe potẽtius auro
Corrupte preciũ uirginis ipſe fuit.
Dum merces aberat:durus pr̃:ipſa ſeuera:
Aerati poſtes:ferrea turris erat.
Sed poſtq̃ ſapiẽs ĩ munera uenit adulter.
Prebuit ipſa ſinus & dare iuſſa dedit.
Curia paupibus clauſa eſt.dat cenſus honores. X
Inde grauis iudex:inde ſeuerus eques.
O ſi neglecti quiſq̃ eſt deus ultor amãtis. Y
Tam male quęſitas puluere uertat opes.
Scilicet omne ſacrũ mors importuna ꝓphanat. Z
Omnibus obſcuras iniicit illa manus.
Q uid nos ſacra iuuãt?qd nũc ægyptia ꝓſunt
Siſtra?qd in uacuo ſecubuiſſe thoro?
¶Cum rapiãt mala fata bonos:ignoſcite faſſo.
Sollicitor nullos eſſe putare deos.
Viue tñ moriture pius:cole ſacra:colentẽ
Mors grauis a tẽplis in caua buſta trahet.

¶Carminibus cōfide bonis. Iacet ecce tibullus.
Vix manet ex toto:parua qđ urna capit.
Si tñ e nobis aliqd:niſi nomē & umbra
Reſtat:in Elyſia ualle tibullus erit.
A Multa diuq; tuli uitiis patiētia uicta eſt.
Cede fatigato pectore turpis amor.
Scilicet aſſerui iā me:fugiq; cathenas:
Et quæ nō puduit ferre:tuliſſe pudet.
Vicimus & domitū pedibus calcamus amorē.
Venerūt capiti cornua ſera meo.
¶Perfer:& obdura:dolor hic tibi ꝓderit olim:
Sæpe tulit feſſis ſucus amarus opem.
B Deſine blāditias & uerba potētia quondā.
Perdere:iā nō ego ſum ſtultus ut ante fui.
¶Luctant pectuſq; leue in cōtraria ducūt
Hac amor:hac odiū:ſed puto uincet amor.
Odero ſi potero:ſi nō:inuitus amabo
Nec iuga taurus amat:quæ tā odit hēt.
Ex Libris.P.O.N.De Triſtib⁹:Ex lib.i.Librū alloqt.
C IVdicis officiū eſt:ut res:ita tēpora rep
Q uærere:quæſito tēpore tutus eris.
D Carmina ꝓueniūt aīo deducta ſereno.
Nubila ſunt ſubitis tēpora nr̄a malis.
Carmina ſeceſſum ſcribētis & otia quærūt.
Me mare:me uēti:me fera iactat hyems.
E Terret minimo pēnæ ſtridore columba
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.
Non procul a ſtabulis audet diſcedere:ſi qua

Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlũ phæton ſi uiueret: Et quos
Optauit ſtulte tãgere nollet equos.
Et mea cymba ſemel uaſta pcuſſa ꝓcella
Illũ quo lęſa eſt horret adire locũ.
Ergo caue liber. & timida circũſpice mẽte:
Vt ſatis e media ſit tibi plębe legi.
¶ Dum petit infirmis nimiũ ſublimia pẽnis
Icarus: Icareas nomine fecit aquas.
Difficile eſt tñ hic remis utaris: an aura F
Dicere: cõſiliũ reſq; locuſq; dabũt.

Supplicatio ad deos ĩ maris piculo. G

Dii maris: & cœli (qd.n.niſi uota ſupſunt?)
Parcite quaſſatæ ſoluere mẽbra ratis.
¶ Nec letũ timeo: genus at miſerabile leti.
Demite naufragiũ. mors mihi munus erit.
Si tñ acta deos nũq̃ mortalia fallũt. H
A culpa facinus ſcitis abeſſe mea.

De diſceſſu ſuo ex urbe. I

Q uocũq; aſpiceres: gemitus: luctuſq; ſonabãt:
Formaq; nõ taciti funeris intus erat.
Si licet exẽplis in paruis grãdibus uti:
Hæc facies troiæ dũ caperet̃ erat.

Ad Amicũ Fidelem.

Hæc mihi ſemp erũt imis infixa medullis: K
Perpetuuſq; animæ debitor huius ero.
Spiritus hic uacuas prius extenuãdus in auras
Ibit: & in tepido deſeret oſſa rogo:

Quã ſubeant animo meritoꝝ obliuia noſtro:
Et longa pietas excidat iſta die.
Dii tibi ſint faciles:& opis nullius egentẽ
Fortunã pręſtent diſſimilemq; meę.
L Si tñ hæc nauis uento ferret' amico
Ignoraret' forſitã iſta fides
Theſea pirithous nõ tã ſenſiſſet amicũ.
Si nõ infernas uiuus adiſſet aquas.
Vt foret exẽplũ ueri phoceus amoris.
Fecerũt furiæ triſtis Oreſte tuæ.
Si nõ Eurialus rutulos cecidiſſet in hoſtes.
Hyrtacite niſſi gloria nulla foret.
Scilicet ut fuluũ ſpectat' in ignibus aurũ.
Tẽpore ſic duro eſt inſpiciẽda fides.
M Dum iuuat & uultu ridet fortuna ſereno.
Indelibatas cuncta ſequunt' opes.
At ſimul intonuit:fugiũt:nec noſcit' ulli
Agminibus comitũ qui modo cinctus erat.
Atq; hæc exẽplis quondã collecta prioꝝ
Nũc mihi ſunt ꝓpriis cognita uera malis.
Vix duo:treſue mihi de tot ſupeſtis amici.
Cętera fortunæ nõ mea turba fuit.
N Quo magis o pauci rebus ſuccurite lapſis:
Et date naufragio littora tuta meo.
O Scire meos caſus ſi qs deſiderat oẽs
Pluſq̃ quod fieri res ſinit:ipſe petit.
Tot mala ſum paſſus:quot in æthere ſydera lucẽt:
Paruaq; quot ſiccus corpora puluis hẽt:

Multaq; credibili tulimus maiora:ratãq;
Quãuis acciderint nõ labitura fidem.
Pars etiam quædam mecũ moriat' oportet;
Meq; uelim poſſint diſſimulante tegi.
Si uox infragilis:pectus mihi firmius eſſet:
Pluraq;'cũ linguis pluribus ora forent.
Nõ tñ icirco cõplecterer omnia uerbis.
Materia uires exuperante meas.

In amicũ fidifragum.

In caput alta ſuũ labent' ab æquore retro. P
Flumina.conuerſis ſolq; recurret equis.
Terra feret ſtellas:cœlũ ſcindet' aratro.
Vnda dabit flãmas:& dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt:
Parſq; ſuũ mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient:fieri quæ poſſe negabam:
Et nihil eſt de quo non ſit habenda fides.
Hæc ego uaticinor:quia ſum deceptus ab illo.
Laturum miſero:quẽ mihi rebar opem.
¶Illud amicitiæ ſanctũ & uenerabile nomen.
Re tibi pro uili ſub pedibuſq; iacet.

Ad amicũ qđ uulgus.fortunã ſequit'.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos. Q
Tempora ſi fuerint nubila:ſolus eris.
Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ.
Accipiat nullas ſordula turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nũq̃.
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Vtq; comes radios per ſolis euntibus umbra eſt
Cum latet hic preſſus nubibus:illa fugit:
Mobile ſic ſequit' fortunæ lumina uulgus:
Q uæ ſimul inducta nube tegunt':abit.

R Q ua potes excuſa:nec amici deſere cauſam.
Q uo pede cępiſti:ſic bene ſemper eas.

Ad lectorem de libro primo.

S Ipſe gubernator tollens ad ſydera palmas.
Expoſcit uotis imemor artis opem.
Q uocũq; aſpexit nihil eſt:niſi mortis imago:
Q uã dubia timeo mente timenſq; precor.

Ex.2.li.De triſtibus.Ad Auguſtũ Cæſarẽ.

T HOc preciũ curæ:uigilatorũq; labo℞
Cępimus:ingenio eſt pœna reperta meo.

V Si quotiens peccant hoies ſua fulmina mittat
Iuppiter:exiguo tẽpore inermis erit.
Nunc ubi detonuit:ſtrepituq; exterruit orbẽ
Purũ diſcuſſis aera reddit aquis.
Iure igit' rectorq; deũ:genitorq; uocat'
Iure capax mundus:nil ioue maius habet.

X Non tua carminibus maior fit gloria:nec quo
Vt maior fiat creſcere poſſit habet.
¶ Sed tñ ut fuſo tauro℞ ſanguine centũ:
Sic capit' minimo thuris honore deus.

Y Sed ſolet interdũ fieri placabile numen.
Nube ſolet pulſa candidus ire dies.

Z Nõ precor ut redeã:quãuis maiora petitis
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe deos.

Vtq; deũ cœlũq; ſimul ſublime tuenti A
Nõ uacat exiguis rebus adeſſe ioui.
A te pendentem ſic dũ circũſpicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas:
Nil prodeſt:quod nõ lędere poſſit idem. B
Igne quid utilius?ſi quis tñ urere tecta.
Apparat:audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdũ:modo dat medicina ſalutẽ
Q uęq; iuuet monſtrat:quæq; ſit herba nocens.
Et latro & cautus pręcingit̃ enſe uiator.
Ille ſed inſidias.hic ſibi portat opem.
Diſcit̃ inocuas ut agat facũdia cauſas. C
Protegit hæc ſontes:imeritoſq; premit.
Sic igit̃ carmen:recta ſi mente legat̃
Conſtabit nulli poſſe nocere meum.
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes: D
Stant tñ illa ſuis omnia tuta locis.
Q uodq; parũ nouit:nemo docere põt. E
Crede mihi diſtant mores a carmine noſtro. F
Vita uerecũda eſt:muſa iocoſa mea eſt.
Nec liber indiciũ eſt animi ſed honeſta uoluntas.
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Actius eſſet atrox.cõuiua terentius eſſet:
Eſſent pugnaces:qui fera bella canunt.
Omne genus ſcripti grauitate tragędia uincit: G
Hæc quoq; materiã ſemper amoris habet.
Perdere rem charã tẽpora noſtra ſolent. H
Cũq; fefellit amans aliqua nouitate maritũ I

Plaudit̃:& magno palma fauore datur.
K Nos quoq; iam pridẽ ſcripto peccauimus iſto.
Suppliciũ patit̃ nõ noua culpa nouum.
Ex Li.3.De triſtibus.Liber ad Lectorẽ.
L Q Viq; fugax reꝝ:ſecuraq; in otia natus
Mollis:& impatiens ante laboris eram:
Vltima nunc patior:nec me mare portubus orbũ
Perdere:diuerſæ nec potuere uiæ.
Suffecitq; malis animus.nã corpus ab illo
Accæpit uires:uixq; ferenda tulit.
M Nil niſi flere libet:nec nr̃o partior hymber
Lumine:de uerna quæ niue manat aqua.
Ad amicũ de magnoꝝ cõſuetudine fugiẽda.
N O mihi chare quidẽ ſemper ſed tẽpore duro
Cognite:res poſtq̃ procubuere meæ.
O Vſibus e docto ſi quicq̃ credis amico.
Viue tibi.& longe nomina magna fuge.
Viue tibi quantũq; potes.præluſtria uita.
Sæuum præluſtri fulmen ab arce uenit.
Nam q̃q̃ ſoli poſſunt prodeſſe potentes.
Nõ proſunt.potius plurimũ obeſſe ſolent.
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas.
Lataq; plus paruis uela tumoris habent:
Q ui cadit in plano(uix hoc tñ euenit ipſum)
Sic cadit:ut tacta ſurgere poſſit humo:
At miſer alpenor tecto delapſus ab alto.
Occurrit regi flebilis umbra ſuo
Q uid fuit:ut tutas agitaret dædalus alas?

Icarus imenſas nomine fecit aquas?
Nēpe qđ hic alte:demiſſius ille uolabat:
Nā pēnas ambo nō habuere ſuas.
Crede mihi:bene qui latuit:bene uixit:& intra
Fortunā debet quiſq; manere ſuā.
Non foret Eumenides orbus:ſi filius eius
Stultus Achilleos nō admaſſet equos.
Nec natū in flāma uidiſſet in arbore natas.
Cœpiſſet genitor ſi phætonta merops.
Tu quoq; formida nimiū ſublimia ſemp:
Propoſitiq; memor cōtrahe uela tui.
Viue ſine inuidia:moleſq; inglorius ānos
Exige.¶Amicicias & tibi iunge pares.
Scite tñ:q̄uis longa regione remotus P
Abſim.uos aio ſemp ineſſe meo.

Ad Charum.

Vt cecidi:cunctiq; metu fugere ruinā: Q
Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.
Quo quiſq; eſt maior.magis eſt placabilis iræ: R
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.
Pugna ſuum finem:cū iacet hoſtis habet.
At lupus:& turpes inſtant morientibus urſi:
Et quæcūq; minor nobilitate fera eſt.

Ad perhillā eius filiā ut ad uirtutē ſe cōferat.

Viuere me dices:ſed ſic:ut uiuere nolim. S
Nec mala ſunt lōga noſtra leuata mora.
Iſta decens facies longis uitiabit' annis: T

Rugaq; in antiqua fronte ſenilis erit:
Iniicietq; manus formæ damnoſa ſenectus:
Q uæ ſtrepitũ paſſu nõ faciente uenit:
¶Cũq; aliquis dicet:fuit hæc formoſa dolebis:
Et ſpeculũ mendax eſſe quærere tuũ.
V Sunt & opes modicæ:cũ ſis digniſſima magnis
Finge ſed imẽſis cenſibus eſſe pares.
Nempe dat:& quodcũq; libet fortuna:rapitq;
Irus & eſt ſubito:qui modo cræſus erat.
A Singula quid referam? nil nõ mortale tenemus.
Pectoris exceptis:ingeniiq; bonis.
En ego cũ patria:careã uobiſq;:domoq;:
Raptaq; ſint adimi quæ potuere mihi.
Ingenio tñ ipſe meo:comitorq;:fruorq;.
Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.
Q uilibet hac ſæuo uitã mihi finiat enſe:
Me tñ extincto fama ſupſtes erit.

De miſeria ſua ad amicos.

B Nec cælũ:nec aquæ faciunt:nec terra:nec auræ.
Hei mihi:perpetuus corpora langor habet.
Seu uitiant artus ægræ contagia mentis.
Siue mei cauſa eſt in regione mali.
Vt tetigi pontũ uexant me ſomnia:uixq;
Oſſa tegit macies:nec iuuat ora cibus.
Q uiq; p autũnũ pcuſſis frigore primo,
Eſt color in foliis:quæ noua læſit hyems:
Is mea mẽbra tenet:nec uiribus alleuor ullis:
Et nũq̃ queruli cauſa doloris abeſt.

Nec melius ualeo:q̃ corpore mẽte:ſed ægra eſt:
Vtraq; pars æque:binaq; damna fero.

Ad amicos de mari pontico.

Vix equidem credar:ſed cũ ſint præmia falſi C
Nulla:ratã debet teſtis habere fidem.

Contra inſultatẽ exilio ſuo.

In cauſa facili cui uix licet eſſe deſerto: D
Et minimæ uires frangere quaſſa ualent.
Subruere eſt arces:& ſtantia mẹnia uirtus.
Quilibet ignaui præcipitata premunt.
Hector erat tunc cũ bello certabat:& idem. E
Tractus ab ẹmonio nõ erat hector equo.
Sæuior es triſti buſiride ſæuior illo: F
Qui falſum lento torruit igne bouem.
Quiq; bouẽ ſiculo fertur donaſſe tyranno:
Et dictis artes conciliaſſe ſuas.
Proquibus inuẽtis:ut munus munere penſes
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat:at phalaris pẹnæ mirande repertor
Ipſe tuũ præſens imbue dixit opus.
Nec mora.monſtratis crudeliter ignibus uſtus:
Exhibuit geminos ore gemẽte ſonos:
Nõ eſt qđ timeas fortuna miſerima noſtra eſt. G
℄ Omne trahit ſecũ cæſaris ira malũ.

Ex Lib.4.De triſtibus Ad lectorem.

VT q; ſoporiferæ biberem ſi pocula lethes. H
Temporis aduerſi:ſic mihi ſenſus abeſt.
Meq; tot aduerſis cumulat:quot littus harenas. I

Q uotq; fretũ piſces:ouaq; piſcit habet:
Vere prius flores:æſtu numerabis ariſtas:
Poma per autũnũ:frigoribuſq; niues.
Q uã mala quæ patior toto iactatus in orbe.
Dũ miſer euxini littora ſæua peto:
K Sæpe ẽt lachrymæ ſunt me ſcribente profuſæ:
Humidaq; eſt flætu littera facta meo:
Corq; uetuſta meũ:tãq̃ noua uulnera norit:
Inq; ſinũ mœſtæ labitur hymber aquæ.
Dũ uice mutata:qui ſim:fuerimq; recordor:
Et tulerit me quo caſus:& unde ſubit.

Ad uxorem.

L Fleq; meos caſus:eſt quędã flere uoluptas.
Explet lachrymis:egrituq; dolor.
M Materiãq; tuis triſtem uirtutibus imple.
Ardua per præceps gloria uadit iter.
Hectora quis noſſet:fœlix ſi troia fuiſſet?
Publica uirtutis per mala facta uia eſt.
Ars tua typhi iacet:ſi nõ ſit in æquore fluctus.
Si ualeant homines:ars tua præbe uacet.
Q uæ latet inq; bonis ceſſat nõ cognita rebus.
Apparet uirtus:arguiturq; malis.
Dat tibi noſtra locũ tituli fortuna:caputq;
Cõſpicuũ pietas quo tua tollat habet.
Vtere tẽporibus quoq; nunc munere freta es:
Et patet in laudes aera lata tuas.

Ad quendam nobilẽ.

N Nec procul a nobis locus eſt ubi taurica dira

Cede faretratæ ſpargit͛ ara deæ.
Quo poſtq̄ dubiū eſt pius an ſceleratus horeſtes.
Exactus furiis uenerat ipſe ſuis.
Et comes exēplū ueri phoceus amoris:
Qui duo corporibus mentibus unus erant.
Protinus euincti triſtē ducunt͛ ad aram:
Quæ ſtabat geminas ante cruēta fores.
Nec tn̄ hūc ſua mors:nec mors ſua terruit illū:
Alter ab alterius funere mœſtus erat.
Et iam cōſtiterat ſtricto mucrone ſacerdos
Cinxerat & graias barbara uitta comas.
Cū uice ſermonis fratrē cognouit.& illi
Pro nece cōplexus ephigenia dedit.
Lęta deæ ſignum crudelia ſacra peroſæ
Trāſtulit ex illis in meliora locis.

Ad amicum præcipuū.

Tempore ruricolę patiēs fit taurus aratri.
Præbet & in curuo colla premēda iugo.
Tempore paret equus lentis animoſus habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore ſæuoꝗ; cōpeſcit͛ ira leonū:
Nec feritas animo quæ fuit ante manet.
Quæq; ſui iuſſis obtēperat inda magiſtri
Bellua:ſeruitiū tēpore uicta ſubit.
Tempus:ut extenſis tumeat facit uua racemis:
Vixq; merū capiant grana quod intus habent.
Tempus & in canas ſemen producit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.

Hoc dentē tenuat terrā renouātis aratri:
Hoc rigidos ſilices:hoc adamanta terit.
Hoc ēt ſæuas paulatim mitigat iras.
Hoc minuit luctus:mœſtaq; corda leuat.
Cuncta pōt igit̄ tacito pede lapſa uetuſtas:
Præterq̄ curas attenuare meas.
❡Nā neq; ſunt uires:nec qui color eſſe ſolebat.
Vix habeo tenuem:quæ tegat oſſa cutē
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra:maliq;
Incircūſpectu ſtat ſine fine ſui.
P Vna tñ ſpes eſt:quæ me ſolat̄ in iſtis.
Hæc fore morte mea nō diuturna mala.

Ad amicū ut ſcribat frequēter.

Q Innumeri montes inter me:teq;:uięq;:
Fluminaq;:& cāpi:nec freta pauca iacēt.
Mille poteſt cauis a te quæ littera ſæpe
Miſſa ſit in noſtras rara uenire manus.
Mille tñ cauſas ſcribēdo uince frequēter
Excuſem næ te ſemp amice mihi.

Ad amicos

R Nil adeo ualidū eſt(adamas licet alliget illud.)
Vt maneat rapido firmius igne iouis.
S Nil ita ſublime eſt:ſupraq; pericula tendit.
Non ſit ut inferius:ſuppoſitūq; deo.

De uita ſua.

T At mihi iam paruo cęleſtia ſacra placebāt:
Inq; ſuum furtim muſa trahebat opus.
Sponte ſua carmen numeros ueniebat ad aptos:

Et quod tentabam ſcribere uerſus erat.

Ex.5.atqꝫ ultio li.De triſtibus.Ad lectorē.

QVot frutices ſiluæ:quot flauas tibris harenas: V
Mollia quot martis gramina campus habet.
Tot mala pertulimus:quoꝝ medicina:quieſqꝫ
Nulla:niſi in ſtudio eſt:pieridūqꝫ mora.
Strangulat incluſus dolor.atqꝫ cor æſtuat intus: X
Cogit̃ & uires multiplicare ſuas.
Deniqꝫ nulla mihi captat̃ gloria.quæqꝫ Y
Ingenii ſtimulos ſubdere fama ſolet.

Ad uxorē primo.

Pone metū.ualeo.corpuſqꝫ qđ ante laboꝝ Z
Impatiens nobis:inualidūqꝫ fuit.
Sufficit:atqꝫ ipſo uexatū induruit uſu.
An magis infirmo nō uacat eſſe mihi:
Mens tñ ęgra iacet:nec tēpore robora ſumpſit: A
Affectuſqꝫ animi:qui fuit ante manet.
Quæqꝫ mora:ſpatioqꝫ ſuo coitura putaui
Vulnera nō aliter:q̄ modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodeſt ānoſa uetuſtas.
Grandibus accedunt tēpora dāna malis.
Littora quod cōchas:quot amęna roſaria flores B
Quot ue ſoporiferū grana papauer habet:
Silua feras quot alit:quot piſcibus unda natat̃:
Et tenerū pennis aera pulſat auis.
Tot premor aduerſis:quæ ſi cōprendere coner:
Icariæ numerū dicere coner aquæ.
Quid dubitas?& tuta times:accede:rogaqꝫ C

Cæſare nil ingens mitius orbis habet.

In feſtis Bacchi.

D Ipſe quoq; æthereas meritis inuectus in arces.
Quo nõ exiguo facta labore uia eſt.

Epl'a loquit'.

E Triſtitiæ cauſam ſi quis cognoſcere quærit.
Oſtendi ſolem poſtulat ille ſibi.
Nec frondes ſiluis:nec aperto gramina campo
Mollia:nec plæno flumine cernit aquas.
Quid priamus doleat mirabit' hectore rapto?
Quid ue philoctetes ictus ab angue gemat?
F Dii facerent utinã talis ſtatus eſſet in illo
Vt nõ triſtitiæ cauſa dolẽda foret.
G Fert tñ(ut debet)caſus patient' amaros.
More nec indomiti fræna recuſat equi.
H Nec fore perpetuã ſperat ſibi numinis iram
Conſcius in culpa nõ ſcelus eſſe ſua.

In natali uxoris.

I Nil homini certũ eſt:fieri quis poſſe putaret
Vt facerem in mediis hæc ego ſacra getis?
K Scilicet aduerſis probitas exercita rebus.
Triſti materiã tẽpore laudis habet.
Si nihil infeſti durus uidiſſet ulixes:
Penelope fœlix.ſed ſine laude foret.

Ad amicũ ut nõ deficiat in tuẽdo ipm.

L Tu quoq; noſtra℞ quondã fiducia rerũ.
Qui mihi confugium:qui mihi portus eras.
Tu quoq; ſuſcæpti curã dimittis amici:

Officiiq; pium tam cito ponis onus.
Sarcina ſum fateor:quã ſi tu tẽpore duro
Depoſiturus eras nõ ſubenda fuit.
Fluctibus in mediis nauẽ palinure relinquis.
Ne fuge:neue tua ſit minor arte fides:
Nũ quid Achilleos inter fera prȩlia fidi
Deſeruit leuitas Automedontis equos?
Turpius eiicit᷑:q̃ nõ admittit᷑ hoſpes. M
Si mihi nõ parcis fortunæ parcere debes. N
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige noſtroꝝ minimũ:minimũq; maloꝝ.
Iſto quo quæris grandius illud erit.
Quã multa madidæ celant᷑ harũdine foſſæ:
Florida q̃ multas hybla tuet᷑ apes:
Quã multæ gracili terrena ſub horrea ferre:
Limite formicæ grana reperta ſolent.
Tam me circũſtant denſoꝝ turba maloꝝ.
Crede mihi:uero eſt noſtra querela minor.
His qui contentus nõ eſt:in littus arenas:
In ſegetẽ ſpicas:in mare fundat aquas.
Intẽpeſtiuos igit᷑ compeſce furores:
Vela neq; in medio deſere noſtra mari.
De cõditiõe tomitane regiõis & hoĩum pũerſitate.
Quid potius faciã deſertis ſolus in oris? O
Quãue malis aliã quærere coner opem?
Siue locũ ſpecto:locus eſt inamabilis:& quo
Eſſe põt toto triſtius orbe nihil.
Siue hoĩes:uix ſunt hoĩes hoc nomine digni:

Q uãq; lupi ſæuæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges:ſed cędit uiribus æquum:
Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent.
Cõtra inſultantẽ caſibus ſuis.
P Q uæ tibi res animos in me facit improbe? cur ue
Caſibus inſultas:quos potes ipſe pati?
Nec mala te reddũt mitẽ:placidũq; iacenti
Noſtra quibus poſſunt illachrymare feræ:
Exiget at dignas ultrix rhamnuſia pœnas.
Impoſito calcas cur mea facta pede?
Q Vilia qui quondã miſeris alimẽta negarat.
Nunc mendicato paſcit᷑ ille cibo.
R Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo lęta manet:uultus modo ſumit acerbos:
Et tm̃ conſtans in leuitate ſua eſt.
¶ Nos quoq; floruimus.ſed flos fuit ille caducus:
Flãmaq; de ſtipula noſtra breuiſq; fuit.
Ad amicũ qui nolebat nominari.
S Dum lumen uitale tenebo.
Seruiet officio ſpiritus iſte tuo.
De trienio exilii ſui.
T Vt ſumus in ponto ter frigore cõſtitit hiſter
Facta eſt euxini dura ter unda maris.
At mihi iam uideor patria procul eſſe tot annis
Dardana quot graio troia ſub hoſte fuit.
Stare putes:adeo procedũt tẽpora tarde:
Et peragit lentis paſſibus annus iter.

Nec mihi ſolſtitiũ quicq̃ de noctibus aufert:
Efficit anguſtos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerũ natura nouata eſt?
Cũq; meis curis omnia longa facit?
An peragunt ſolitos cõmunia tẽpora motus.
Suntq; magis uitæ tẽpora dura meæ.
Innumeræ gentes circũ fera bella minant'. V
Quæ niſi de rapto uiuere turpe putant.
Quid loquor ah demens? ipſam quoq; ꝑdere uitã X
Cæſaris offenſo numine dignus eram.

Ad uxorem ſecũdo.

Maxima pœna mihi eſt ipſum offendiſſe: priuſq; Y
Veniſſet mallem funeris hora mihi.

Ad amicũ exhortãtẽ ut carmina cõponat.

Scribis ut oblectem ſtudio lachrymabile tẽpus Z
Ne pereant turpi tẽpora noſtra ſitu.
Difficile eſt: quod amice mones. quia carmina lętũ
Sunt opus: & pacẽ mẽtis habere uolunt.
Noſtra ꝑ aduerſas agit' fortuna procellas:
Sorte: nec ulla mea triſtior eſſe poteſt.
Exigis ut priamus natoꝝ funere plaudat
Et Niobe feſtos ducat ut orba choros.
¶ Fracta cadet tantæ ſapientia mole ruinę.
Plus ualet humanis uiribus ira dei.
Ille ſenex dictus ſapiens ab apolline: nullũ
Scribere in hoc caſu ſuſtinuiſſet opus.
Adde: qđ ingeniũ longa rubigine lęſum A
Torpet: & eſt multo: q̃ fuit ante minus.

Fertilis aſſiduo ſi nõ renouet̃ aratro.
Nil niſi cũ ſpinis gramen habebit ager.
B Deniq; non paruas animo dat gloria uires:
Et facũda facit pectora laudis amor.

Ad amicũ raro ſcribentẽ.

C Quod tua me raro ſolat̃ ep̃la peccas:
Remq; piam præſtas: & mihi uerba negas.
Hoc precor emenda: quod ſi correxeris unũ.
Nullus in egregio corpore neuus erit.
D Vtq; ſolebamus cõſumere longa loquendo
Tempora ſermoni deficiente die:
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera uoces:
Et peragant linguæ cartha: manuſq; uices:
Quod tibi: ne nimiũ uidear diffidere: ſitq;
Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis.
¶ Accipe quo ſemp̃ finit̃ epiſtola uerbo:
Atq; meis diſtent ut tua fata: uale.

Ad uxorem tertio.

E Quanta tibi dederim nr̃is monimẽta libellis.
O mihi me coniunx charior ipſa uides.
Non ego diuitias dando: tibi plura dediſſem.
Diuitis ad manes nil feret umbra ſuos.
F Rara quidẽ eſt uirtus: quã nõ fortuna gubernat:
Quæ maneat: ſtabili cũ fugit illa pede.
G Si qua tñ precii ſibi merces ipſa petiti eſt:
Inq; parũ lętis ardua rebus adeſt.
Si tempus numeres per ſæcula nulla tacet̃:
Et loca mirant̃: qua patet orbis iter.

Aſpicis:ut longo teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum penelopea fides?
¶Cernis:ut admeti cantet̃.& hectoris uxor.
Auſaq; in accenſos hyphias ire rogos?
Vt uiuat fama coniunx phylaceia cuius
Iliacam celeri uir pede præſſit humũ?
Nil opus eſt morte pro me:ſed amore:fideq; H
Non ex difficili fama petenda tibi eſt.
Nec te credideris(qa nõ facis iſta)moneri. I
Vela damus:quãuis remige puppis eat.
Qui monet ut facias qđ iam facis.ille monẽdo
Laudat:& hortatu comprobat acta ſuo.

Ex Libro.P.O.N.De faciei medicamine.

Foeminea ueſtri potiunt̃ lege mariti. K
Et uix ad cultus nupta qđ addat habet.
Laudatas homini uolucris iunonia pennas: L
Explicat:& forma multa ſuperbit auis.
Prima ſit in uobis morũ tutela puellæ. M
Ingenio facile conciliãte placent.
Certus amor moꝝ eſt.¶Formã populabit̃ ætas.
Et placidus rugis uultus aratus erit.
¶Tempus erit:quo uos ſpeculũ uidiſſe pigebit.
Et ueniet rugis:altera cauſa dolor.
¶Sufficit & longum probitas perdurat in æuũ:
Perq; ſuos annos hinc bene pẽdet amor.

Ex Li.De Philomena ſiue Ouidii fuerit ſiue nõ.

DVlcis amica ueni noctis ſolatia præſtãs. N
Inter aues & enim nulla tibi ſimilis.

Tu philomena potes uocum diſcrimina mille.
Mille potes uarios ipſa referre modos.
Nam quãuis aliæ uolucres modulamina tentent.
Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.
Inſuper eſt auium ſpatiis garrire diurnis.
Tu cantare ſimul nocte:dieq; potes.
O At caſtus turtur:atq; columba gemunt.
P Pſitacus humanas depromit uoce loquelas:
Atq; ſuo domino chere:ſonatq; uale.
Q Pica loquax uarias modulatur gutture uoces.
Scuriliter ſtrepitu quicquid & audit ait.
R Scribere me uoces auium philomena coegit.
Quæ cantu cunctas exuperat uolucres.
S Sed cunctas ſpecies animantum nemo notauit:
Atq; ſonos ideo dicere quis poterit?
T Cuncta ſuo domino depromunt munera laudum.
Seu ſemper ſileant:ſiue ſonare queant.

Ex epl'a.P.O.N.Ad Liuiã de morte filii cõſolatoria.

V HEi mihi quã facile eſt:quãuis hoc contigit omnes.
Alterius luctu fortia uerba loqui.
X Scilicet exiguo percuſa es fulminis ictu.
Fortior ut poſſis cladibus eſſe tuis.
A Quid tibi nunc mores proſunt:actumq; pudice
Omne æuum:& tanto iam placuiſſe uiro?
Quidq; pudicitia tantum inuiolata bonorum
Vltima ſit laudes inter ut illa tuas?
Quid tenuiſſe animum contra ſua ſæcula rectum
Altius & uitiis exeruiſſe caput?

Nec nocuiſſe ulli:& fortunam habuiſſe nocendi?
Nec queq̄ neruos extimuiſſe tuos?
Nec uires erraſſe tuas campoq;:foroq;?
Q uáq; licet citra conſtituiſſe domum?
Nempe per hoc etiam fortunæ iniuria mores
Regnat:& incerta eſt hic quoq; nixa rota.
Hic quoq; ſentitur ne quid non improba carpat.
Sæuit:& iniuſtum ius ſibi ubiq; facit.
Scilicet immunis ſi luctus una fuiſſet
Liuia:fortunæ regna minora forent.
Omnis adeſt ætas:mœrent iuueneſq;:ſeneſq;: B
Auſoniæ matres:auſoniæq; nurus.
Facta ducis uiuent operoſaq; gloria rerum: C
Hæc manet:hæc auidos effugit una rogos.
Impoſuit te alto fortuna:locumq; teneri D
Iuſſit:honoratum liuia perfer onus.
Ad te oculos:aureſq; trahis:tua facta notamus.
Nec uox miſſa poteſt principis ore tegi.
Alta mane:ſupraq; tuos exurge dolores:
Infragilemq; animum:quo potes uſq; tene.
An melius per te uirtutum exempla petemus:
Q uam ſi romanæ principis edis opus.
Fata manent omnis:omnis expectat auarus E
Portitor:& turbe uix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes:metam properamus ad unam.
Omnia ſub leges mors uocat atra ſuas.
Vita data eſt utenda:data eſt ſine fœnore nobis F
Mutua:nec certa perſoluenda die.

G Fortunæ arbitriis tempus diſpéſat ubiq;.
Illa rapit iuuenes,ſuſtulit illa ſenes.
Q uaq; ruit furibunda ruit:totũq; p orbem
Fulminat:& cæcis cæca triumphat equis.

H Supprime iam lachrymas nõ eſt reuocabilis iſtis:
Q ué ſemel umbrifera nauita lintre tulit.
℄ Sed regidum ius eſt & ineuitabile mortis.
Stant rata nõ ulla fila tenenda manu.

I Ipſe tibi emiſſus nebuloſum littus auerni.
Si liceat forti uerba tot ore ſonet.
Q uid numeras annos.uixi maturior annis.
Acta ſené faciunt:hæc numerãda mihi.

Ex Q uinti Horatii flacci carminũ ſeu odaꝝ libris
ppulchri flores electi.Ex oda.1.ad Mœcenaté.

K L Vctanté icariis fluctibus affricum
Mercator metuens:ocium & oppidi
Laudat rura ſui.mox reficit rates.
Q uaſſas:indocilis pauperiem pati.

L Me doctaꝝ hederæ præmia frontium
Diis miſcent ſuperis:me gelidũ nemus
Nympharũq; leues cũ ſatyris chori
Secernunt populo.

Ex Oda.3.Naué pſeqé qua Virg.Athenis nauigat.

M Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat:qui fragilé truci
Cõmiſit pelago ratem
Primus:nec timuit præcipité affricũ
Decertanté aquilonibus:

Nec triſtes hyadas:nec rabiem noti.
Ne quicq̄ deus abſcidit
Prudens occeano diſſotiabili
Terras.ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt uada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitum nefas.
Nil mortalibus arduum eſt.
Cœlum ipſum petimus ſtultitia.¶Neq;
Per noſtrum patimur ſcelus.
Iracunda iouem ponere fulmina.

Ex Oda.4.Li.1.Ad Sextiū de uerno tēpore.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumq; turres.¶O beate ſexti
Vitæ ſumma breuis:ſpē nos uetat inchoare longam.
Iam te præmet nox:fabulæq;:& manes:
Et domus exilis plutonia:

Ex Oda.7.Li.1.Ad Numantium planeū.

Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo
Sæpe nothus:nec parturit imbres
Perpetuos:ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam:uitæq; labores.

Ex Oda.9.Li.1.Ad Thallurcū libertū:

Quid ſit futurum cras fuge quærere.&
Quem ſors dierum cumq; dabit lucro
Appone:

Ex Oda.11.Li.1.Ad Leucothoen.

Tu ne quæſieris:(ſcire nefas):quem mihi:quem tibi

N
O
P
Q
R
S
T
A
B

Finem dii dederint leucothoe.nec babilonios.
Tentaris numeros:ut melius qcqd erit pati:
Seu plures hyemes:ſeu tribuit iuppiter ultimam:
C Et ſpatio breui
Spem longam.reſeces.dum loquimur.fugerit inuida
Aetas.carpe diem:quam minimum credula poſtero.
Ex Oda.12.Li.1.De laudibus Deoꝝ atq; hominū.
C Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibus:qui res hominum ac deorum:
Qui mare:& terras:uariiſq; mundum
Temperat horis.
D Vnde nil maius generatur ipſo.
Nec uiget quicq̃ ſimile:aut ſecundum.
C Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
Ex Oda.13.Li.1.Ad Lidiam.
E Fœlices ter:& amplius:
Quos irrupta tenet copula.nec malis
Diuulſus querimoniis
Suprema citius ſoluet amor die.
Ex Oda.18.li.1.Ad Varū quintiliū.
F At ne quis modici tranſiliat munera liberi.
Centaurea monet cū laphythis rixa ſuper mero
Debellata.monet ſithoniis nō leuis euchius.
Cum fas atq; nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt auidi.non ego te candide baſſareu
Inuitum quatiam.ne uariis obſita frondibus
Sub diuum rapiam:ſæua tene cum berecynthio

Cornu timpana.quæ ſubſequitur cæcus amor ſui:
Et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem:
Arcaniq; fides ꝓdiga perlucidior uitro.
Ex Oda.22.Li.1.Ad fuſcum.
Integer uitæ:ſceleriſq; purus. G
Non æget mauri iaculis:nec arcu:
Nec uenenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.
Siue per ſyrtes iter æſtuoſas:
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum uel quæ loca fabuloſus
Lambit hydaſpes.
Ex Oda.24.Li.1.Ad Virgilium.
Durum:ſed leuius fit patientia: H
Q uicquid corrigere eſt nefas.
Ex Oda.28.Li.1.Ad Architam tarentinũ.
Omnes una manet mors: I
Et calcanda ſemel uia lœti.
Mixta ſenum ac iuuenum denſantur funera:nullum
Sæua caput proſerpina fugit.
Ex Oda.34.Li.1.Ad fortunam Et ſe ipſum
Valet ima ſummis. K
Mutare:& inſignem attenuat deus.
Obſcura promens.¶Hic apicem rapax L
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit:hinc poſuiſſe gaudet:
Ex Oda.2.Li.2.Ad Saluſtium criſpum.
Nullus argento color eſt Auaris M

Abdito terris inimice lamnæ
Criſpe ſaluſti.niſi temperato
Splendeat uſu.

N Viuet extento proculeius æuo:
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.

O Latius regnes auidum domando
Spiritum:quam ſi lybiam remotis
Gadibus iungas:& uterq; pœnus
Seruiat uni.

P Creſcit indulges ſibi dirus hydrops:
Nec ſitim pellit:niſi cauſa morbi
Fugerit uenis:& aquoſus albo
Corpore langor.

Q Redditum cyri ſolio phrahartem
Diſſidens plæbi numero beatum
Eximit uirtus:populumq; falſis
Dedocet uti.

Vocibus regnum:& diadema tutum
Deferens uni:propriamq; laurum:
Quiſquis ingentis oculo irretorto
Spectat aceruos.

Ex Oda.3.Li.2.Ad Delium.

R Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem:non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitiam moriture deli.

Cedes coemptis ſaltibus.& domo
Villaqꝫ:flauus quam tyberis lauit
Cedes:& extructis in altum
Diuitiis potietur hæres.
Diues ne priſco natus abinacho
Nil intereſt:an pauper.& infima
De gente ſub diuo moreris
Victima nil miſerantis orci.
Omnes eodem cogimur omnium
Verſatur urna.ſerius:ocius
Sors exitura:& nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

Ex Oda.9.Li.2.Ad Valgium.

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos A
Manant in agros:aut mare caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſqꝫ:nec armeniis in oris
Amice ualgi:ſtat glacies iners
Menſes per omnes:aut aquilonibus
Querceta gargani laborant:
Et foliis uiduantur orni.
Tu ſemper urges flebilibus modis B
Miſten ademptum.nec tibi ueſpero
Surgente decedunt amores.
Nec rapidum fugiente ſolem.
At non ter æuo functus amabilem C
Plorauit omnis antilocum ſenex
Annos:nec impubem parentes

Troilon:aut phrygiæ ſorores
Fleuere ſemper.deſine mollium
Tandem quærelarum.& potius noua
Cantemus auguſti trophæa

Ex Oda.10.Li.2.Ad Liciniũ.

D Rectius uiues licini.neq; altum
Semper urgendo:neq; dum procellas
Cautus horreſcis nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit.tutus caret obſoleti
Sordibus tecti.caret inuidenda
Sobrius aula.
E Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus:& celſæ grauiore caſu
Decidunt turres:feriuntq; ſummos
Fulgura montes.
F Sperat infeſtis:metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus informes hyemes reducit
Iuppiter idem.
Submouet:nec ſi male nunc:& olim
Sic erit:quondam cythara tacentem
Suſcitat muſam:neq; ſemper arcum
Tendit apollo.
Rebus anguſtis animoſus:atq;
Fortis appare.ſapienter idem.
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida uela.

Ex Oda.13.Li.2.Ad Arborē cuiꝰ caſu pene pierat.

Quod quiſq; uicet:nunquã homini ſatis G
Cautum eſt in horas.
Sed improuiſa lœti
Vis rapuit:rapietq; gentes.
Quam pœnæ furuæ regna proſerpiæ H
¶Et iudicantem uidimus æacum:
Sedeſq; diſcretas piorum:

Ex Oda.14.Li.2.Ad poſthumũ de breuitate uitæ.

Heu heu fugaces poſthume poſthume I
Labuntur anni:nec pietas moram
Rugis & inſtanti ſenectæ
Afferet:indomitæq; morti.
Scilicet omnibus K
Quicũq; terræ munere ueſcimur
Enauiganda.ſiue reges
Siue inopes erimus coloni.
Viſendus ater flumine languido L
Cocytus errans:& danai genus
Infame damnatuſq; longi
Siſyphus æolides laboris.
Linquenda tellus.& domus.& placēs M
Vxor:neq; harum quas colis arborum
Te præter inuiſas cupreſſos.
Vlla breuem dominũ ſequetur.

Ex Oda.16.Li.2.Ad Pompeium groſphum:

Ocium diuos rogat in patenti N
Prenſus ægeo.ſimul atra nubes

Condidit lunã:neq; certa fulgent
Sydera nautis.
Ocium bello furioſa tracc.
Ocium medi pharetra decori
Groſphe.non gemmis neq; purpura ue/
nale:neq; auro.
O Non enim gazc.neq; conſularis
Submouet lictor miſeros tumultus
Mentis.& curas laqueata circum
Tecta uolantes.
P Viuitur paruo bene.cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum.
Nec leues ſomnos timor:aut cupido
Sordidus aufert.
Q Lętus in præſens animus:quod ultra eſt
Oderit curare:& amara lento
Temperet riſu.nihil eſt ab omni
Parte beatum.

Ex Li.3.Ex Oda.1.Ad choꝝ uirginũ:puerorũq;.

R REgum timendoꝝ in proprios greges.
Reges in ipſos imperium eſt iouis.
Clari giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis.
S Eſt ut uir uiro latius ordinet.
Arbuſta ſulcis.hic generoſior
Deſcendat in campum petitor.
Moribus hic:meliorq; fama
Contendat.illi turba clientum

Sit maior.æqua lege neceſſitas
Sortit̃ inſignes:& imos:
Omne capax mouet urna nomen.
¶Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet:non ſiculę dapes
Dulcẽ elaborabunt ſaporem:
Non auium:citharęq; cantus
Somnũ reducent.¶Somnus agreſtiũ T
Lenis uiroꝝ:non humilis domos Faſtidit.
Timor & minæ V
Scandunt eodem quo dominus:neq;
Decedit ærata triremi
Poſt equitem ſedet atra cura:
Quod ſi dolentem:nec phrygius lapis.
Nec purpuraꝝ ſydere clarior
Delinit uſus nec falernæ
Vites:achameniumq; coſtum:
Cur inuidens poſtibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium?

Ex Oda.2.Lib.2.Ad amicos.

Dulce & decorum eſt pro patria mori. X
¶Mors & fugacem perſequitur uirum:
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus:timidoq; tergo.
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ A
Intaminatis fulget honoribus.
Nec ponit aut ſumit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

ℭ Virtus recludens immeritis mori
Cœlum negata temptat iter uia:
Cœtuſq; uulgares:& udam
Spernit humum.fugiente penna.

B Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pęna claudo.
Ex Oda.3.Li.3.Ad Cæſaris laudẽ.

C Iuſtum & tenacem propoſiti uirum.
Non ciuium ardor praua iubentium.
Non uultus inſtans tyranni.
Mente quatit ſolida:neq; auſter
Dux inquieti turbidus adrię
Nec fulminantis magna manus iouis
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.
Ex Oda.4.Li.3.Ad Caliopẽ.

D Scimus ut impios
Titanas:imanẽq; turbã
Fulmine ſuſtulerit caduco.

ℭ Qui terram inertem:qui mare temperat
Ventoſum.& urbes:regnaq; triſtia:
Diuoſq;:mortaleſq; turbas.
Imperio regit unus æquo.

E Vis conſilii expers:mole ruit ſua

ℭ Vim temperatam dii quoq; prouehunt:
In maius.idem odere uires
Omne nefas animo mouentes.
Teſtis mearum centimanus gigas

Sententiarum.notus & integræ.
Temptator orion dianæ
Virginea domitus ſagitta.
Iniecta monſtris terra dolet ſuis.
Mæretq; partus fulmine luridum
Miſos ad orcum:

Ex Oda.5.Li.3.Ad Auguſtum:

Fertur pudicæ coniugis oſculum: F
Paruoſq; natos.ut capitis minor
A ſe remouiſſe.& uirilem
Toruus humi poſuiſſe uultum:
Donec labantes conſilio patres
Firmaret auctor:nūq̄ alias dato.
Interq; mœrentes amicos.
Egregius properaret exul.
At qui ſciebat:quæ ſibi barbarus
Tortor pararet:non aliter tā
Dimouit obſtantes amicos:
Et populum reditus morantem:
Quam ſi clientum longa negotia
Diiudicata lite relinqueret:
Tendens uenafranos in agros:
Aut lacedæmonium tarentum.

Ex Oda.6.Li.3.Ad Romanū ppl̄m:

Delicta maiorum immeritis lues G
Romanę:donec templa refeceris:
Edeſq; labentes deorum.&
Fœda nigro ſimulachra fumo.

H Diis te minorem quod geris imperas.
Hic omne principium:huc refer exitum.
I Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
K Damnoſa quid nõ imminuit dies?
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores:mox daturos
Progeniem uitioſiorem.
Ex Oda.7.Li.3.Ad Aſteriem.
L Prima nocte domum claude:neq; in uias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ.
Et te ſæpe uocanti:
Durã difficilis mane.
Ex Oda.16.Li.3.Ad Mœcenatẽ.
M Concidit auguris
Argiui domus:ob lucrum.
N Demerſa excidio.¶Et diffidit urbium
Portas uir macedo.& ſubruit æmulos
Reges muneribus:munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
O Creſcentem ſequit̃ cura pecuniam:
Maiorumq; fames.¶Iure perhorrui
Late conſpicuum tollere uerticem
Mœcenas æquitum decus.
P Quanto quiſq; ſibi plura negauerit:
A diis plura feret:
Q Multa petentibus:
Deſunt multa.¶Bene eſt:cui deus obtulit.

Parca quod ſatis eſt manu.

Ex Oda.23.Li.3.Ad ruſticá philirem.

Te nihil attinet
Temptare multa cæde bidentium:
Paruos coronātem marino
Rore deos:fragiliq; myrto.
Immunis aram:ſi tetigit manus
Non ſumptuoſa blandior hoſtia
Molliuit aduerſos penates
Farre pio.& ſaliente mica.

Ex Oda.24.li.3.Ad auaros diuites.

Intactis opulentior
Theſauris arabum:& diuitis indiæ
Cementis licet occupes
Tyrrhenum omnē tuis & mare punicum
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira neceſſitas
Clauos.non animum metu:
Non mortis laqueis expedies caput.
Campeſtres melius ſcythæ
Quorum plauſtra uagas rite trahunt domos
Viuunt & rigidi getæ
Immetata quibus iugera liberas
Fruges:& cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumq; laboribus:
Aequali recreat ſorte uicarius.
Illic matre carentibus

Priuignis mulier tẽperat innocens.
V Nec dotata regit uirum
Coniunx:nec nitido fidit adultero.
X Dos eſt magna parentum
Virtus & metuens alterius uiri
Certo fœdere caſtitas:
Et peccare nefas:aut pciũ eſt mori.
Y O quiſquis ſeu uolet impias
Cędes:aut rabiẽ tollere ciuicam.
Si quæret pater urbium
Subſcribi ſtatuis:indomitã audeat
Refrænare licentiam.
Z Clarus poſt genitis:q̃tenꝰ heu nefas
Virtutem incolumẽ odimus
Sublatã ex oculis quęrimus inuidi.
A Q uid triſtes quærimoniæ.
Si nõ ſupplicio culpa reciditur?
B Q uid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt? ſi neq; feruidis
Pars incluſa caloribus
Mũdi:nec boreæ finitimũ latus:
Durataeq; ſolo niues
Mercatorẽ abigunt:horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
C Magnũ pauperies opprobriũ iubet
Q uicquid uis & facere.& pati:
Virtutiſq; uiam deſerit arduæ.
D Vel nos in capitolium:

Quo clamor uocat:& turba fauentiũ:
Vel nos in mare proximum
Gemmas:& lapides:aurum & inutile
Summi materiam mali
Mittamus.ℭ Scelerum ſi bene pœnitet E
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elemẽta.ℭ Et teneræ nimis F
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudiis.
Scilicet improbæ G
Creſcunt diuitiæ.tamen
Curtę neſcio quid ſemper abẽ rei.
Ex Oda.29.Li.3.Ad Mœcenatẽ.
Prudens futuri temporis exitum H
Caliginoſa nocte premit deus:
Ridetq; ſi mortalis ultra
Fas trepidat.ℭ Quod adeſt memento I
Componere æquus.ℭ Cætera fluminis K
Ritu ferunt̃.nũc medio alueo
Cum pace delabentis ethruſcum:
In mare:nunc lapides adeſos:
Stirpeſq; raptas.& pecus & domos
Voluentis una:non ſine montium
Clamore:uicinæq; ſyluæ:
Cum fera diluuies quietos.
Irritat amnes.ℭ Ille potens ſui L
Lætuſq; deget:cui licet in diem
Dixiſſe uixi.ℭ Cras uel atra M

Nube polum pater occupato:
Vel ſole puro:non tamen irritum
Q uodcūq; retro eſt efficiet:neq;
Diffinget:infectumq; reddet:
Q uod fugiens ſemel hora uexit.
N Fortuna ſæuo lęta negotio &
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores
Nunc mihi:nunc alii benigna.

Ex oda.30.Ad Melpomenē muſā.

O Exegi monumentū ære perennius.
Regaliq; ſitu piramidum altius
Q d nō imber edax:nō aquilo ĩpotens
Poſſit diruere:aut inumerabilis
Annoꝝ ſeries:& fuga temporum
Nō oīs moriar:multaq; pars mei
Vitabit libitinā:uſq; ego poſtera
Creſcam laude recens:

Ex oda.4.Li.4.De laudib⁹ druſi.

P FOrtes creant̃ fortibus & bonis
Eſt in iuuencis.eſt in equis patrum
Virtus:nec imbellē feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Q Doctrina:ſed uim promouet inſitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vt cūq; defecere mores.
Dedecorant bene nata culpæ.

Ex oda.7.Li.4.Ad Māliū.

Immortalia ne ſperes.monet annus:& almū R
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt zephyris.uer proterit æſtas
Interitura ſimul.
Pomifer autūnus fruges effuderit:& mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cœleſtia lunæ. S
Nos ubi decidimus:
¶Quo pius æneas?quo tullus diues:& ancus?
Puluis:& umbra ſumus.
Quis ſcit:an adiiciāt hodiernæ craſtina uitæ T
Tempora dii ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient hæredis:amico V
Quæ dederis animo.
Cum ſemel occideris:& de te ſplendida minos X
Fecerit arbitria:
Non torquate genus:non te facundia.non te
Reſtituet pietas.
Infernis neq; enim tenebris diana pudicū
Liberat Hippolytum.
Non lethea ualet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Ex Oda.8.li.4.Ad Cenſorinum.

Ereptū ſtygiis fluctibus Aeacum A
Virtus.& fauor:& lingua potentium
Vatum:diuitibus conſecrat inſulis.
Dignum laude uirū Muſa uetat mori. B
Cœlo muſa beat.

Ex Oda.9.Li.4.Ad Marcũ Loliũ cõſulẽ.

C Vixere fortes ante agamẽnona
Multi.ſed omnes illachrymabiles
Vrgentur:ignotiq; longa
Nocte.carent quia uate ſacro
Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
D Cęlata uirtus.¶Non ego meis
Carthis inornatum ſilebo:
Tot ue tuos patiar labores
Impune loli carpere liuidas
Obliuiones.¶Eſt animus tibi:
Rerumq; prudens:& ſecundis
Temporibus:dubiiſq; rectus.
E Vindex auare fraudis.& abſtinẽs
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ:
Conſulq; non unius anni:
Sed quotiens bonus:atq; fidus
Iudex honeſtum pretulit utili:
Reiecitq; alto dona nocentium.
Vultu:per obſtantes cateruas
Explicuit ſua uictor arma.
F Non poſſidentem multa.uocaueris
Recte beatum.rectius occupat
Nomen beati:qui deorum
Muneribus ſapienter uti:
Duráq; callet pauperiem pati:
Peiuſq; lęto flagitium timet.
Non ille pro charis amicis:

Aut patria timidus perire.
Ex oda.10.Li.4.Ad Ligurinum:
O crudelis adhuc.& ueneris muneribus potens G
Inſperata tuæ cum ueniet pluma ſuperbiæ:
Et quæ nunc humeris inuolitant deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt puniceæ flore purior roſæ
Mutatus ligurinũ in faciem uerterit hiſpidam.
Dices heu:quotiens te ſpeculo uideris alterum
Quæ mens eſt hodie cur nõ eadem puero fuit?
Vel cur his animis incolumes nõ redeũt genæ?
Ex Oda.12.Li.4.Ad Virgiliũ Vnguentariũ.
Verum pone moras:& ſtudium lucri H
Nigrorumq; memor dum licet ignium.
Miſce ſtultitiam conſiliis breuem. I
Dulce eſt deſipere in loco.
Ex Oda.13.Li.4.Ad Licẽ meretricẽ.
Nec coæ referũt iã tibi purpuræ: K
Nec cari lapides.tẽpora quæ ſemel
Notis condita faſtis
Incluſit uolucris dies:
Quo fugit uenus?heu quo color decens?
Quo motus?quid habes illius illius:
Quæ ſpirabat amores:
Quæ me ſuripuerat mihi?
Fœlix poſt cynarã:notaq; & artiũ
Grataꝗ; facies:ſed cynaræ breues
Annos fata dederũt.
Seruatam diu parẽ

Cornicis uetulæ temporibus licen
Poſſent ut iuuenes uiſere feruidi
Multo non ſine riſu
Delapſam in cineres facem

Ex Epodō Li. Laudes uitę ruſticę.

L Beatius ille qui procul negotiis:
Vt priſca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet ſuis:
Solutus omni fœnore.
Neq; excitat̃ claſſico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forũq; uitat:& ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

In Menam libertum.

M Licet ſuperbus ambules pecunia
Fortuna non mutat genus.

In maledicum poetam.

N Caue:caue:nãq; in malos aſperrimus
Parata tollo cornua.
Qualis licambe ſpretus infido gener:
Aut acer hoſtis bupalo.
An ſi quis atro dente me petiuerit
Inultus:ut flebo puer.

Belli Deteſtatio.

O Quo quo ſceleſtis ruitis.aut cur dextris
Aptantur enſes conditi?
Parum ne campis:atq; neptuno ſuper
Fuſum eſt latini ſanguinis?

Neq; hic lupis mos:neq; fuit leonibus
Vnquam niſi in diſpar feris.
Furor ne cæcus:an rapit uis acrior P
An culpa?reſponſum date.
Tacent:& ora pallor albus inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent.
Sic eſt.¶Acerba fata romanos agunt: Q
Sceluſq; fraternæ cędis.
Vt immerentis fluxit in terrã remi
Sacer nepotibus cruor.

Horatius Rei pu.Fortunã deflet.

Altera iam terit bellis ciuilibus ætas: R
Suis & ipſa roma uiribus ruit:
Quã neq; finitimi ualuerunt perdere marſi.
Minacis aut ethruſca porſenæ manus
Aemula: nec uirtus capue:nec ſpartacus acer:
Nouiſq; rebus infidelis allobrox:
Nec fera cærulea domuit germania pube:
Parentibuſq; abominatus hannibal.
Impia perdemus deuoti ſanguinis ætas:
Feriſq; rurſum occupabitur ſolum.

Ad Canidiam.

Fugit iuuentas.& uerecundus color S
Reliquit oſſa pellem amicta luridam:
Tuis capillus albus eſt odoribus.
¶Nullum a labore me reclinat ocium
Vrget diem nox & dies noctem:neq; eſt
Leuare tenta ſpiritu precordia.

Canidiem inducit loquentem

T Optat quietem pelopis infidi pater.
Egens benignæ tantalus ſemper dapis.
¶Optat promethteus obligatus aliti.
¶Optat ſupremo collocare Syſiphus
In monte ſaxum:ſed uetant leges iouis.

Ex Libro.Q .H.F.De Arte Poetica.

V PIctoribus:atq; poetis:
Q uid libet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
A Sumite materiam ueſtris,qui ſcribitis æquam
Viribus:& uerſate diu quid ferre recuſent:
Q uid ualeant humeri.cui lecta potenter erit res.
Nec facundia deſeret hũc:nec lucidus ordo.
B Vt ſyluæ foliis pronos mutantur in annos
Prima cadunt.ita uerbo℞ uetus interit ætas:
Et iuuenum.ritu florent modo nata:uigentq;.
Debemur morti nos:noſtraq;.ſiue receptus
Terra neptunus claſſes aquilonibus arcet
Regis opus:ſteriliſq; diu palus:aptaq; remis
Vicinas urbes alit:& graue ſentit aratrũ.
Seu curſum mutauit iniquũ frugibus amnis.
Doctus iter melius.mortalia facta peribũt.
Ne dũ ſermonũ ſtet honos:& gr̃a uiuax:
Multa renaſcent quæ iã cecidere.cadẽtq;:
Q uæ nũc ſunt in honore uocabula:ſi uolet uſus.
C Deſcriptas ſeruare uices operũq; colores
Cur ego ſi nequeo:ignoroq;:poeta ſalutor?
¶Cur neſcire pudens praue q̃ diſcere malo?

Singula quæq; locū teneant ſortita decenter. D
Format enim natura prius nos intus ad omnem. E
Fortunarum habitum.iuuat:aut impellit ad iram:
Aut ad humū mœrore graui deducit:& angit.
¶Poſt effert animi motus interprete lingua.
Parturient montes.naſcetur ridiculus mus. F
Aetatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores: G
Mobilibuſq; decor naturis dandus:& annis.
¶Reddere qui uoces iam ſcit puer:& pede certo.
Signat humum geſtit paribus colludere.& iram
Colligit ac ponit temere:& mutatur in horas.
Imberbis iuuenis:tandem cuſtode remoto H
Gaudet equis:canibuſq;:& aprici gramine campi
Cæreus in uitiū flecti:monitoribus aſper:
Vtilium tardus prouiſor:prodigus æris
Sublimus.cupiduſq;:& amata relinquere pernix.
Conuerſis ſtudiis ætas:animuſq; uirilis I
Quærit opes:& amicitias:inſeruit honori.
Cōmiſiſſe cauet:quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circūueniunt incōmoda:uel quod K
Quærit:& inuentis miſer abſtinet ac timet uti.
Vel quod res omnes timide:gelideq; miniſtrat
Dilator ſpe longus:iners auiduſq; futuri:
Difficilis:querulus:laudator temporis acti
Se puero:caſtigator:cenſorq; minorum.
Multa ferunt anni uenientes cōmoda ſecum. L
Multa recedentes adimunt:
Segnius irritant animos demiſſa per aurem: M

Q uã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus:& quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator:

N Nec deus interſit:niſi dignus uindice nodus
Inciderit:

O Ille bonis faueatq;:& concilietur amice:
Et regat iratos.& amet peccare timentes:
Ille dapes laudet mẽſæ breuis:ille ſalubrem
Iuſtitiã.legeſq;:& aptis otia portis.
Ille tegat cõmiſſa:deoſq; precetur.& oret.
Vt redeat miſeris.abeat fortuna ſuperbis.

P Aut prodeſſe uolunt:aut delectare poetæ.
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.

Q Q uicqd præcipies eſto breuis:ut cito dicta
Percipiant animi dociles:teneãtq; fideles.

R Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris.

S Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.
Lectorem delectando:pariterq; monendo.

T Sunt delicta tamẽ qbus ignouiſſe uelimus.
Nã neq; corda ſonũ reddit:quẽ uult manus:& mens:
Poſcentiq; grauem perſæpe remittit acutum:
Nec ſemp feriet quodcũq; minabitur arcus.
Q uãdoq; bonus dormitat homerus.

V Vt pictura poeſis erit:quæ ſi propius ſtes
Te capiat magis:& quædã ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcuꝝ:uolet hæc ſub luce uideri.
Iudicis argutũ quæ nõ formidat acumen.
Hæc placuit ſemel:hæc decies repetita placebit.

A Tu nihil inuita dices facieſue minerua.

Si quid tamen olim B
Scripſeris in metii deſcendat iudicis aures:
Et patris:& noſtras:nonumq; præmatur in annum:
Membranis intus poſitis delere licebit:
Quod nō edideris. ℂ Neſcit uox miſſa reuerti.
Silueſtres homines ſacer:interpreſq; deorum C
Cædibus:& uictu fœdo deterruit orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres.rabidoſq; leones.
Dictus & amphion thebanæ conditor urbis
Saxa mouere ſono teſtudinis.& prece blanda
Ducere quo uellet.fuit hæc ſapientia quōdam
Publica priuatis ſecernere.ſacra prophanis:
Concubitu prohibere uago:dare iura maritis:
Oppida moliri:leges incidere ligno:
Sic honor & nomen diuinis uatibus:atq;
Carminibus uenit.poſt hos inſignis homerus.
Natura fieret laudabile carmen.an arte D
Quæſitum eſt.ego nec ſtudium ſine diuite uena:
Nec rude quid proſit uideo ingenium.alterius ſic
Altera poſcit opem.res.& coniurat amicæ.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam E
Multa tulit.fecitq; puer.ſudauit:& alſit
Abſtinuit uenere:& uino:
Nūq̄ te fallant animi ſub uulpe latentes. F

Ex Libris Satyrarū.Q.H.F.Ex Satyra.i.

Qui fit Mœcenas:ut nemo quam ſibi ſortem: G
Seu ratio dederit:ſeu ſors obiecerit:illa
Contentus uiuat:laudet diuerſa ſequentes.

O fortunati mercatores grauis annis
Milles ait:multo iam fractus membra labore.
Contra mercator nauem iactantibus auſtris
Militia eſt potior.quid enim? concurrit? horæ
Momento cita mors uenit:aut uictoria læta.
Agricolam laudat iuris:legumq; peritus.
Sub galli cantum conſultor ubi hoſtia pulſat.
Ille datis uadibus qui rure extractus in urbẽ eſt
Solos fœlices ui u entes clamat in urbe:
H Ille grauẽ duro terram qui uertit aratro
Perfidus:hic caupo:miles:nautæq; per omne
Audaces mare qui currunt:hac mente laborem
Se ſe ferre ſenes:ut in otia tuta recedant
Aiunt.cum ſibi ſint congeſta cibaria.ſicut
Paruula(nã exẽplo eſt)magni formica laboris
Ore trahit quodcũ poteſt:atq; addit aceruo:
Quẽ ſtruit:haud ignara:ac in cauta futuri:
Quæ ſimul inuerſum cõtriſtat aquarius annũ:
Non uſq; prorepit:& illis utitur ante.
I Quæſitis ſapiens.¶Cũ te neq; feruidus æſtus
Dimoueat lucro:neq; hyems:ignis:mare:ferrũ:
Nil obſtet tibi:dum ne ſit te ditior alter.
K Quid iuuat imẽſum te argenti pondus:& auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
Quod ſi cõminuas uilẽ redigat̃ ad aſſem.
At ne id fit:qđ hẽt pulchri cõſtructus aceruus.
Millia frumenti tua triuerit area centum.
Non tuus hoc capiet uenter plus q̃ meus?

Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Vt tibi:ſi ſit opus liquidi:nõ amplius urna:
Vel Cyatho.& dicas magno de flumine mallẽ:
Quã ex hoc fonticulo tantũdẽ ſumere.eo fit
Plęnior:ut ſi quos delectet copia iuſto.
Cum ripa ſimul auulſos ferat aufidus acer:
At qui tantuli eget quãto eſt opus:is neq; limo
Turbatã haurit aquã.neq; uitã amittit in undis.
At bona pars hominũ decepta cupidine falſo L
Nil ſatis eſt inquit:
Tantalus a labris ſitiẽs fugiẽtia captat M
Flumina.quid rides? mutato nõie de te
Fabula narrat:cõgeſtis undiq; ſaccis
Indormis inhiãs:& tãq̃ parcere ſacris
Cogeris:aut pictis tãq̃ gaudere tabellis:
Neſcis quid ualeat nũmus:quẽ præbeat uſum?
Panis emat.olus:uini ſextartius.¶ Adde N
Quis humana ſibi doleat natura negatis:
An uigilare metu exanimẽ:nocteſq;:dieſq;
Formidare malos fures:incẽdia:ſeruos:
Ne te cõpilent fugiẽtes:hoc iuuat?
Non uxor ſaluũ te uult:nõ filius oẽs O
Vicini oderũt:noti:pueri:atq; puellæ.
Miraris cũ tu argẽto poſt oĩa ponas
Si nemo p̃ſtet quẽ nõ merearis amorẽ?
Eſt modus in rebus:ſunt certi deniq; fines P
Quos ultra:citraq; nequit cõſiſtere rectum:
Illuc unde abii redeo.nemo ut auarus Q

Se probet.ac potius laudet diuerſa ſequētes:
Quodq; aliena capella gerat diſtentius uber
Tabeſcat:neq; ſe maiori pauperioꝝ
Turbæ cōparet:hūc atq; hūc ſupare laboret.
Sic feſtināti ſemp locupletior obſtat.
Vt cū carceribus miſſos rapit ungula currus
Inſtat equis auriga ſuis uincētibus:illū
Præteritū temnēs.extremos inter euntē.
Inde fit ut raro:qs ſe uixiſſe beatū
Dicat:& exacto cōtentus tēpore uita
Cedat:uti cōuiua ſatur:

Ex Satyra.2.L.1.

R Vnde fama malū grauius q̄ res trahit an tibi abūde
Perſonā ſatis eſt:nō illud qcqd ubiq;
Officit euitare? Bonā deperdere famā.
S Rem pr̄is oblimare.malū eſt ubicūq;.C Quid inter
Eſt in matrona ancilla pecces ue togata?

Ex Satyra.3.Li.1.

T Menius abſentē neuiū cū carpet.heus tu
Quidā ait.ignoras te? an ignotū dare nobis
Verba putas? C Ego met mi ignoſco Menius inqt.
Stultus:& improbus hic amor eſt:dignuſq; notari.
Cū tua puideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicoꝝ uitiis tā cernis acutū?
Quā aut aquila:aut ſerpēs epidaurius?
V Denique te ipſum
Cōcute:nū qua tibi uitioꝝ inſeuerit olim
Natura.aut etiā cōſuetudo mala? nāq;

Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
At pater ut gnati:ſic nos debemus amici: X
Si quod ſit uitium non faſtidire.
Hæc res & iungit iunctoſq; & ſeruat amicos.
At nos uirtutes ipſas inuertimus:atq; A
Sincerum cupimus uas incruſtare.¶Probus quis
Nobiſcum uiuit.multum demiſſus homo.illi
Tardo cognomen pingui damus.¶Hic fugit omnes
Inſidias nulliq; malo latus obdit apertum
Cum genus hoc inter uitæ uerſetur.ubi acris
Inuidia:atq; uigent ubi crimina pro bene ſano
Ac non incauto:fictum:aſtutumq; uocamus.
¶Simplicior quis & eſt.qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi mœcenas.ut forte legentem
Aut tacitũ impellat quo uis ſermone modeſtus
Cõmuni ſenſu plane caret inquimus.¶Eheu B
Quam temere in nos met legem ſancimus iniquam
Nam uitiis nemo ſine naſcitur.¶Optimus ille eſt C
Qui minimis urgetur:
Qui ne tuberibus propriis offendat amicum D
Poſtulat:ignoſcet uerucis illius.æquum eſt
Peccatis ueniam poſcentem reddere rurſus.
Deniq; quatenus excidi penitus uitium iræ E
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia.cur non
Ponderibus:moduliſq; ſuis ratio utitur:ac res
Vt quæq; eſt.ita ſuppliciis delicta coercet?
Quis paria eſſe fere placuit peccata laborant F
Cum uentum ad uerũ eſt:ſenſus:moreſq; repugnãt:

Atq; ipſa utilitas iuſti prope mater & æqui.
¶ Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſt
Tempora ſi faſtoſq; uelis euoluere mundi:
Nec natura pōt iuſto ſecernere iniquū
Diuidit ut bona diuerſis:fugienda petendis.
G Nec uincet ratio hoc tantūdē ut peccet.idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti:
Et qui nocturnus ſacra diuum legerit.¶ Adſit
Regula peccatis:quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum.horribili ſectere flagello.

Ex Satyra.4.Li.1.

H Sulcius acer
Ambulat:& caprius rauci male:cūq; libellis
Magnus uterq; timor latronibus.at bene ſi quis
Et uiuat puris manibus contēnat utrūq;.
I Abſentem qui rodit amicum.
¶ Qui nō deffendit alio culpante.¶ Solutos
Qui capit riſus hominū:famāq; dicacis.
¶ Fingere qui nō uiſa pōt.¶ Cōmiſſa tacere
Qui nequit.hic niger eſt.hunc tu romane caueto.
K Condita cum uerax aperit præcordia liber.
L Auidos uicinum funus ut ægros
Exanimat:mortiſq; metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros aīos aliēa opprobria ſępe.Abſterrēt uitiis.

Ex Satyra.5.Li.1.

M Credat iudeus apella.
Nō ego.nāq; Deos didici ſecurum agere æuum:
Nec ſi quid miri faciat natura Deos id

Triſtes ex alto cœli dimittere tecto.

Ex Satyra.6.Li.1.

Magnum hoc ego duco: N
Q uod placui tibi:qui turpi ſecernis honeſtū:
Non patre ꝑclaro.ſed uita & pectore puro.

Ex.2.Li.& ultimo Satyraꝶ.Ex Satyra.1.

C Aſtor gaudet equis:ouo prognatus eodem O
Pugnis quot uiuunt capitū totidem ſtudioꝶ Millia:
Si quis. P
Opprobriis dignum latrauerit:integer ipſe.
Soluentur riſu tabulæ:tu miſſus abibis.

Ex Satyra.2.Li.2.

Q uæ uirtus.& quanta bonis ſit uiuere paruo Q
Nec meus hic ſermo eſt:ſed quē ꝓcepit Offellus.
Ruſticus anormi ſapiens craſſaq; minerua.
Diſcite.non inter lances menſaſq; nitentes.
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus:& cum
Accliuis falſis animus meliora recuſat.
Verum hic impranſi mecū diſquirite.cur hoc?
Dicam ſi potero male uerum examinat omnis
Corruptus iudex:
Ieiunus raro ſtomachus uulgaria temnit. R
Accipe nunc uictus tenuis:quæ quantaq; ſecum S
Afferat.imprimis ualeas bene.nam uariæ res
Vt noceant homini credas memor illius æſcæ:
Q uæ ſimplex olim tibi ſederit:at ſimul aſſis
Miſcueris elixa ſimul conchilia turdis
Dulcia in bilē uertent.ſtomachoq; tumultum.

Lenta feret pituitā.uides ut pallidus omnis
Cæna deſurgit dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis uitiis.animū quoq; pregrauat una:
Atq; affigit humo diuinę particulā auræ.
¶Alter ubi dicto citius curata ſopori
Membra dedit uegetus pſcripta ad numia ſurgit.
T Ego uectigalia magna:
Diuitiaſq; habeo tribus amplas regibus.ergo
Quod ſuperat.non eſt melius quo in ſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſq̄ te diuite.quare
Templa ruunt antiqua deum? cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruuo?
Vni nimirū tibi rectæ ſemper erunt res?
V Nam propriæ telluris herū natura neq; illum
Nec me:nec quēq̄ ſtatuit.¶Nos expulit ille:
Illū aut nequities.aut uafri inſicia iuris:
Poſtremum expellet certe uiuacior hæres.
¶Quo circa uiuitæ fortes:
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

Ex Satyra.3.Li.2.

X Si male rem gerere inſani.contra bene ſani eſt.
Y Quiſquis
Ambitione mala:aut argenti pallet amore:
Quiſquis luxuria.triſti ue ſuperſtitione:
Aut alio mentis morbo callet.huc propius me
Dum doceo inſanire omnes:uos ordine adite.
Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris.
Z Neſcio an anticirā ratio illis deſtinet omnem

Hæredes ſtaberi ſummam incidere ſepulchro
Ni ſic feciſſent:gladiatoꝝ dare centum
Damnati populo paria:
Q uid ergo
Senſit cũ ſummã patrimonii inſculpere ſaxo
Hæredes uoluit?quo ad uixit credidit ingens
Pauperiem uitiũ:& cauit nihil acrius:ut ſi
Forte minus locuplex uno quadrante periret
Ipſe uideretur ſibi nequior. ℂOmnis enim res
Virtus:fama:decus:diuina:humanaqꝫ pulchris
Diuitiis parent quas qui cõſtruxerit:ille
Clarus erit:fortis:iuſtus:ſapiens:ẽt rex
Et quicquid uolet.hoc ueluti uirtute paratum
Sperauit magnæ laudi fore. ℂQ uid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus:qui ſeruos proiicere aurum
In media iuſſit libya.quia tardius irent
Propter onus ſegnes.uter eſt inſanior horum?
Nil agit exemplum quod litem lite reſoluit. A
Si quis æmat cytharas emptas comportet in unum. B
Nec cytharæ ſtudio:nec muſæ deditus ulli.
Si ſcalpra:& formas nõ ſutor.nautica uela
Auerſus mercaturis.delirus & amens
Vndiqꝫ dicatur merito.qui diſcrepat iſtis
Q ui nũmos:aurũqꝫ recõdit.neſcius uti
Compoſitis:metuenſqꝫ uelut contingere ſacrum?
Nimirum inſanus paucis uideatur eo quod
Maxima pars hoĩum morbo iactatur eodem.
O here quæ res C

Nec modum habet:neq; conſilium/ rationē:modoq;
Tractari nō uult.in amore hæc ſunt mala bellum.
Pax rurſum.

D Dixerit inſanum qui me totidē audiet:atq;
Reſpicere ignoto diſcet pendētia tergo.

Ex Satyra.5.Li.2.

E Et genus:& uirtus niſi cū re uilior alga eſt.
F Sic tibi penelope frugi eſt:quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtarit:tecū partita lucellum:
Vt canis a corio nūq̄ abſterrebit̃ uncto.

Ex Satyra.6.Li.2.

G Sed quod magis ad nos
Pertinet:& neſcire malū eſt.agitamus utrū ue
Diuitiis homines an ſint uirtute beati.
Quid ue ad amicitias uſus rectū ue trahat nos:
Et quæ ſit natura boni:ſummūq; quod eius.
H Neq; ulla eſt
Aut magno:aut paruo lœti fuga. ❡Quo bene circa
Dum licet in rebus iocundis uiuæ beatus.
I Viuæ memor quam ſis æui breuis.

Ex Satyra.7.Li.2.

K Quis nā igit̃ liber/ ſapiens:ſibiq; imperioſus:
Quē neq; pauperies:neq; mors:neq; uincula terrent:
Reſponſare cupidinibus:contēnere honores:
Fortis & in ſe ipſo totus teres:atq; rotūdus.
Externi ne quid ualeat perleue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna:

Ex Satyra.8.Li.2.

Ingenium res: L
Aduerſæ nudare ſolent:cælare ſecundæ

Ex Libris Epl'aꝝ.Ex Epl'a.1.Ad Mœcenatem.

VT nox longa quibus mentiť amica:dieſq; M
Longa uideť opus debentibus:ut piger annus
Pupillis quos dura p̃mit cuſtodia matrum.
Sic mihi tarda fluunt:ingrataq; tempora:quæ ſpem
Conſiliũq; moranť agendi gnauiter.id quod
Aeque pauperibus prodeſt:locupletibus æque:
Aeque neglectum pueris:ſenibuſq; nocebit:
Reſtat ut his ego me ipſe regam ſolerq; elementis.
Non poſſis oculo quantum contendere linceus
Non tñ iccirco contẽnas lippus inungi:
Nec quia diſperes inuicti membra gliconis
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra:
Eſt quodam prodire tenus.ſi nõ datur ultra N
Feruet auaricia miſeraq; cupidine pectus.
Sunt uerba & uoces quibus hunc lenire dolorẽ
Poſſis:& magnã morbi deponere partem:
Laudis amore tumes:ſunt certa piacula quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello. X
¶Inuidus:iracundus.iners:uinoſus:amator:
Nemo adeo ferus eſt ut nõ miteſcere poſſit:
Si modo culturæ patiẽtem cõmodet aurem:
¶ Virtus eſt uitiũ fugere.¶Et ſapientia prima O
Stultitia caruiſſe.
Impiger extremos curris mercator ad indos P
Per mare pauperiẽ fugiens.p.ſaxa per ignes.

ℭNe cures ea quæ ſtulte miraris & optas
Diſcere:& audire:& meliori credere nõ uis?
Q Vilius argentũ eſt auro:uirtutibus aurum
R Si quadringentis ſex.ſeptem millia deſint
Eſt animus tibi.ſunt mores:& lingua:fideſq;
Plebs eris.ℭAt pueri ludentes:rex eris aiunt
Si recte facies hic murus æneus eſto
Nil cõſcire ſibi:nulla palleſcere culpa.
Roſica dic ſodes melior lex? An puerorum eſt
Nenia? Quæ regnũ recte facientibus offert
Et maribus curiis:& decantata Camillis?
S Ad ſummã ſapiens uno minor eſt Ioue:diues
Liber:honoratus:pulcher:rex deniq; regum.
Ex.2.Epſa.Li.1.Ad Lolium.
T Vt iugulent hoies ſurgũt de nocte latronos
Vt te ipſum ſerues nõ expergiſceris.
V Si nõ intendes animũ ſtudiis:& rebus honeſtis.
Inuidia.uel amore uigil torquebere.ℭNã cur
Quæ lædũt oculos feſtinas demere.ſi quid
Eſt.animũ differs curãdi tẽpus in annũ?
X Dimidiũ facti qui cœpit habet.ſape.aude. Incipe
Y Quæritur argentũ.puerisq; beata creandis
Vxor.& incultæ pacant uomere ſyluæ:
Z Quod ſatis eſt cui cõtingit.nil amplius optet.
ℭNon domus:& fundus.nõ æris aceruus.& auri
Aegroto dñi deduxit corpore febres.
Non animo curas.ℭValeat poſſeſſor oportet:
Si cõportatis rebus bene cogitat uti.

Qui cupit:aut metuit.iuuat illum ſic domus:& res A
Vt lippum pictæ tabulæ.fomenta podagrã.
Auriculas cytharæ collecta ſorde dolentes.
Sinceꝝ eſt niſi uas quodcũq; infundis aceſſit.
Sperne uoluptates.nocet empta dolore uoluptas. B
Semꝑ auarus eget.certum uoto pete finem. C
Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. D
¶Inuidia ſiculi nõ inuenere tyrãni
Maius tormentũ.¶Qui nõ moderabit̃ iræ
Infectũ uolet eſſe:dolor quod ſuaſerit:& mens
Dum pœnas odio per uim feſtinat inulto.
Ira furor breuis eſt.animũ rege:qui niſi paret E
Imperat:hunc frœnis:hunc tu cõpeſce cathena.
Fingit equũ tenera docilem ceruice magiſter. F
Ire uiã quã monſtrat eques uenaticus:exquo
Tempore ceruinã pellem latrauit in aula
Militat in ſiluis catulus:nunc adhibe puro
Pectora uerba puer.nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu:

Ex Epl'a.4.Li.1.Ad Albium.

Inter ſpem:curãq;:timores inter & iras: G
Omnẽ crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
Grata ſupueniet:quæ nõ ſperabit̃ hora.

Ex Epl'a.6.Li.1.Ad Numicium.

Nil admirari ꝓpe res eſt una numici. H
Solaq;:quæ poſſit facere:& ſeruare beatum.
Hunc ſolem & ſtellas.& decedẽtia certis

Tempora momentis:ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent.quid cenſes munera terræ?
Quid maris extremos arabas ditantis & Indos?
Ludicra.quis plauſus.& amici dona quiritis.
Quo ſpectãda modo.quo ſenſu credis:& ore?
Qui timet his aduerſa fere miratur eodem
Quo cupiens pacto:pauor eſt utrobiq; moleſtus.
Improuiſa ſimul ſpecies exterret utrũq;.
Gaudeat:an doleat.cupiat.metuat.ne qd ad rem?
Si quicqd uidit melius:peiuſue ſua ſpe.
Defixis oculis:animoq;:& corpore torpet.
¶Inſani ſapiens nomen feret æquus iniqui
Vltra quã ſatis eſt uirtutẽ ſi petat ipſam.

Ex Epl'a.10.Li.1.Ad Fuſcum.

Quẽ res plus nimio delectauere ſecũdæ
Mutatæ quatient.¶Si qd mirabere pones
Inuitus.fuge magna.licet ſub paupe tecto
Reges.& regũ uita pcurrere amicos.
Ceruus equũ pugna melior cõmunibus herbis.
Pellebat.donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis.frenũq; recepit.
Sed poſtq̃ uictor mollens diſceſſit ab hoſte.
Non equidẽ dorſo.nõ frenũ depulit ore.
Sic qui pauperẽ uertit potiore metallis
Libertate caret.dñm uehet improbus:atq;
Seruet æternũ.qui paruo neſciet uti.
Cui nõ coueniet ſua res.ut calceus olim
Si pede maior erit:ſubuertet:ſi minor uret.

Lętus ſorte tua uiues ſapienter ariſti.
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuiq; M
Tortum digna ſequi: potius quã ducere finem.

Ex Epſa.11.Li.1.Ad Bullatium.

Tu quacũq; deus tibi fortunauerit horã. N
Grata ſume manu.neu dulcia differ in annũ.
Vt quocũq; loco fueris: uixiſſe libenter
Te dicas. ℂ Nã ſi ratio & prudentia curas.
Non locus effuſi late maris arbiter aufert.
Cœlũ nõ animũ mutãt. qui trãſmare currũt.
Strenua nos exercet inertia nauibus: atq;
Quadrigis petimus bene uiuere. quod petis hic eſt.
Eſt ulubris: animus ſi te nõ deficit æquus.

Ex Epſa.12.Li.1.Ad Iccium.

Fructibus agrippæ ſiculis quos colligis Icci O
Si recte frueris. Non eſt ut copia maior.
Ab Ioue domari poſſit tibi. ℂ Tolle querelas.
Pauper enim nõ eſt cui rerũ ſuppetit uſus.
Si uentri bene: ſi lateri eſt: pedibuſq; tuis. nil
Diuitiæ poterũt regales addere maius.

Ex Epſa.14.Li.1.Ad Villicũ ſuũ.

Rure ego uiuentẽ. tu dicis in urbe beatũ. P
Cui placet alterius ſua nimirũ eſt odio ſors.
Stultus uterq;: locũ imeritũ cauſat̃ inique.
In culpa eſt animus: qui ſe nõ effugit unq̃.

Ex Epſa.17.Li.1.Ad Quintiũ.

Tu recte uiuis ſi curas eſſe quod audis. Q
Iactamus iã pridem omnis te roma beatũ.

❡Sed uereor ne cui de te plus quã tibi credas.
❡Ne ue putes alium ſapiente:bonoq; beatũ.
R Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum.qui leges:iuraq; ſeruat.
S Cautus enim metuit foueã lupus:accipiterq;
Suſpectos laqueos:& opertum miluius hamũ
T Oderunt peccare boni uirtutis amore.
❡Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
V Quo melior ſeruo:quo liberior ſit.auarus:
In triuiis fixum cũ ſe demittit ob aſſem.
Non uideo.nã qui cupiet.metuet quoq; porro.
Qui metuens uiuet liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma.locũ uirtutis deſeruit.qui
Semper in augenda feſtinat.& obruit́ re.
X Vir bonus.& ſapiens audebit dicere.pentheu
Rector thebaꝝ quid me perferre.patiq;
Indignũ coges?adimã bona.nempe pecus.rem
Lectos argentũ tollas licet & manicis.&
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe deus ſimul atq; uolã.me ſoluet opinor
Hoc ſentit.moriar.❡Mors ultima linea rerũ eſt

Ex Epl'a.19.Li.1.Ad Lolliũ.

Y Virtus eſt mediũ uitioꝝ utrinq; redactũ.
Z Arcanũ neq; tu ſcrutaberis ullius unq̃.
Cõmiſſumq; teges.& uino tortus.& ira.
❡Nec tua laudabis ſtudia:aut aliena reprendes
A Quid de quoq; uiro.& cui dicas ſæpe uideto:
❡Percontatorẽ fugito.nã garulus idem eſt.

Nec retinent patulæ cõmiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbũ.
Qualẽ cõmendes etiã:atq; etiã aſpice:ne mox B
Incutiãt aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur.& quondã nõ dignũ tradimus:ergo
Quẽ ſua culpa premit deceptus omitte tueri.
Vt penitus notũ.ſi tentent crimina ſerues: C
Tuteriſq; tuo fidentẽ pręſidio.qui
Dente Theonino cũ circũ rodit':En quid
Ad te poſt paulo uentura picula ſentis:
Nã tua res agit' paries cũ pximus ardet.
Et neglecta ſolent incẽdia ſumere uires.
Dulcis in expertis cultura potẽtis amici: D
Expertus metuet:tu dũ tua nauis in alto eſt
Hoc age:ne mutata retrorſum te ferat aura.
Oderũt hylarẽ triſtes:triſtemq; iocoſi. E
Sedatũ celeres:agilem:gnauũq; remiſſi.
Inter cuncta leges:& percõtabere doctos. F
Qua rõne queas traducere lenit' æuum.
Quid credis amice precari: G
Sit mihi quod nũc eſt.etiã minus ut mihi uiuã
Quod ſupeſt æui.ſi qd ſupeſſe uolunt.Dii.
Sed ſatis eſt orare Iouẽ:qui donat & aufert: H
Det uitã:det opes:æquũ mi animũ ipſe parabo.
Ex Ep'la.20.Li.1.Ad Mœcenatẽ.
Non ego uentoſæ plæbis ſuffragia uenor I
Impenſis cœnaꝝ:& tortæ munere ueſtis.
Ludus enim genuit trepidũ certamen.& irã. K

¶ Ira truces inimicitias:& funebre bellum.

Ex..2.Epl'a℞ Libro.Ex Epl'a.1.Ad Auguſtũ.

L Vrit enim fulgore ſuo qui p̃grauat artes
Infra ſe poſitas.extinctus amabit idem:
M Nauẽ agere ignarus nauis timet.abrotanũ ægro
Nõ audet niſi qui didicit dare.¶ Quod medico℞ eſt
Promittunt medici.tractant fabrilia fabri.
N Scribimus indocti.doctiq; poemata paſſim.
Hic error tamen & leuis hæc inſania quãtas
Virtutes habeat ſic collige:
Torquet ab obſcenis iam tunc ſermonibus aurẽ.
Mox etiã pectus præceptis format amicis.
Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ:
Recte facta refert.orientia tẽpora notis
Inſtruit exemplis:inopem ſolatur:& ægrum.
Caſtis cũ pueris ignara puella mariti
Diſceret unde p̃ces.uatẽ ni muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus.& præſentia numina ſentit.
Cœleſtes implorat aquas.docta p̃ce blandus.
Auertit morbos:metuenda pericula pellit.
Impetrat & pacẽ:& locupletem frugibus annũ.
Carmine dii ſuperi:placant? carmine manes.

Ex Epl'a.2.Li.2.Ad Iulium Flo℞.

O Multa fidem promiſſa leuant.ubi plænius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.
P Et laris & fundi:paup̃tas impulit audax
Vt uerſus facerem:
Q Singula de nobis anni p̃dantur euntes.

Scriptorꝫ chorus oĩs amat nemus.& fugit urbem. R
Sed uocat uſqꝫ ſuũ qua populus adſita certis S
Limitibus:uicina refugit iurgia.tãq̃
Sit propriũ quicq̃.puncto quod mobilis horæ.
Nunc prece:nunc precio:nunc ui:nũc morte ſuprema
Permutet dños.& cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli dat͛uſus:& hæres.
Hæredem alterius uelut unda ſupuenit undã.
Quid uici proſunt:aut horrea:quidue calabris T
Saltibus adiecti lucani.ſi metit orcus.
Grandia cũ paruis non exorabilis auro?
Gẽmas:marmor:ebur.thyrrena ſigilla:tabellas.
Argentũ.ueſtes getulo murice tinctas?.
Non es auarus?abi:Quid?Cętera iam ſimul iſto V
Cum uitio fuge.rite caret tibi pectus inani
Ambitione.caret mortis formidine.& ira.
Somnia.terrores magicos.miracula ſagas
Nocturnos lemures:portentaqꝫ theſſala rides.
Natales grate numeras.Ignoſcis amicis.
Lenior:& melior ſis accedente ſenecta.
Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una
Viuere ſi recte neſcis?Decede peritis.
Luſiſti ſatis:ediſti ſatis:atqꝫ bibiſti.
Tempus abire tibi eſt.ne potũ largius æquo
Rideat:& pulſet laſciua decentius ætas.

Ex Iuuenale.Et primo.Ex Satyra.i.Flores electi.
AVde al:qd breuibus giaris.& carcere dignum X
Si uis eſſe aliqd.Probitas laudatur & alget.

Y Nil erit ulterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas.eadē cupiēt.faciētq; minores.
Omne in pcipiti uitium ſtetit.

A Enſe uelut ſtricto:quotiēs Lucilius ardens.
Infremuit:rubet auditor:cui frigida mens eſt:
Criminibus tacita ſudant pcordia culpa:
Inde iræ:& lachrymæ:C Tecū prius ergo uoluta
Hæc ānimante tuba galeatū ſero duelli Penitet

Ex Satyra.2.

B Vltra ſauromatas fugere hinc libet.& glacialem
Oceanū.quotiens aliquid de moribus audent.
Qui curios ſimulāt:& bacchanalia uiuūt.
C Loripedem rectus derideat.æthiopem albus.
Quis tulerit gracchos de ſeditione querentes?
Quis cœlū terris nō miſceat.& mare cœlo.
Si fur deſpliceat Verri:homicida Miloni?
Clodius accuſet mœchos:Catilina cethegum.
In tabulam ſyllæ ſi dicant diſcipuli tres?

C Dedit hanc contagio labem:
Et dabit in plures.ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabię cadit:& porrigine porci.

D Nemo repente fuit turpiſſimus.accipient te
Paulatim.qui longa domi redimicula ſūmūt:
Frontibus:& toto poſuere monilia collo.

E Eſſe aliquos manes:& ſubterranea regna:
Et contū.& ſtygio ranas ingurgite nigras:
Atq; una tranſire uadū tot milia cymba.
Nec pueri credūt.niſi qui nūdū ære lauant.

Sed tu uera puta.Curius quod ſentit.& ambo
Scipiade:quod Fabricius:maneſq; camilli.
Quod cremere legio:& cannis cõſumpta iuuentus:
Tot bellorum animæ.¶Quotiens hinc talis ad illos F
Vmbra uenit.cuperẽt luſtrari ſi qua darentur
Sulphura cũ tedis.& ſi foret humida laurus.

Ex Satyra.3.

Hic tunc umbricius.quando artibus inquit honeſtis G
Nullus in urbe locus:nulla emolumenta laborum:
Res hodie minor eſt:here q̃ fuit:atq; eadem eras
Deteret exiguis aliquid:
¶Cedamus patria.uiuat Arturius iſtic:
Et catulus.maneant qui nigrũ in candida uertunt.
Quis nũc diligit.niſi conſcius:& cui feruens H
Aeſtuat occultis animus:ſemperq; tacendis:
Nil tibi ſe debere putat.nil conferet unq̃
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Carus erit uerri:qui uerrẽ tempore quo uult
Accuſare põt.¶Tanti tibi non ſit opaci I
Omnis harena tagi:quodq; in mare uoluit aurum;
Vt ſomno careas.ponendaq; p̃mia ſumas:
Triſtis & a magno ſemper timearis amico.
Quantũ quiſq; ſua nũmorum ſeruat in arca K
Tantum habet:& fidei.
Nil habet infęlix paupertas durius in ſe: L
Quã q; ridiculos homines facit:
Haud facile emergunt:quorum uirtutibus obſtat M
Res anguſta domi:

N Hic ultra uires habitus nitor:hic aliquid plus:
Q uã ſatis eſt.interdum aliena ſumitur arca.
Cõmune id uitiũ ẽ.hic uiuim⁹ ãbitioſa. Pauptate oẽs.

O Eſt aliquis quodcũq; loco:quodcũq; receſſu
Vnius ſe ſe dñm feciſſe lacertæ.

P Ebrius ac petulans qui nullũ forte cecidit
Dat pœnas:noctem patitur lugentis amicum
Pelide:cubat in faciẽ:mox deinde ſupinus.
Ergo nõ aliter poterit dormire.quibuſdam
Somnum rixa facit:

Ex Satyra.4.

Q Q uid refert igitur quãtis iumenta fatiget
Porticibus?quanta nemorꝫ uectet̃ in umbra?
Iugera quot uicina foro?quas emerit ædes?
Nemo malus fœlix.℃Minime corruptor & idem
Inceſtus.cum quo nuper uittata iacebat
Sanguine adhuc uiuuo terram ſubitura ſacerdos.

R Nihil eſt quod credere de ſe
Non poſſit,cum laudatur diis æqua poteſtas.

Ex Satyra.6.

S Credo pudicitiam ſaturno rege moratam
In terris:uiſamq; diu:cum frigida paruas
Præberet ſpelunca domos:ignẽq;:laremq;:
Et pecus & dominos cõmuni clauderet umbra.

T Paulatim deinde ad ſuperos aſtrea receſſit:
Hac comite:atq; duæ pariter fugere ſorores.

V Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.

X Tarpeium limen adora

Pronus:& auratã iunoni cede iuuencam.
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Pauce adeo cereris uittas contingere digne.
Tyrrhenos igit̃ fluctus lateq; ſonantem A
Pertulit ionium conſtanti pectore:quanuis
Mutandũ totiens eſſet mare:iuſta pericli
Si ratio eſt:& honeſta timent:pauidoq; gelantur.
Pectore:nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis.
Fortẽ animũ p̃ſtant rebus quas turpiter audẽt.
Si uerum excutias facies non uxor amatur B
Tres ruge ſubeant:& ſe cutis arida laxet.
Fiant obſcuri dentes:oculiq; minores.
Collige ſarcinulas dicit libertus:& exi
Iam grauis es nobis:
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur C
Sit formoſa:decens:diues:fœcũda:uetuſtos
Porticibus diſponat auos:intactior omni
Crinibus effuſis bellũ dirimente ſabina.
Rara auis in terris:nigroq; ſimillima cigno.
Quis feret uxorem cui conſtant omnia? ℂ Malo
Malo uenuſiam:quam te cornelia mater
Graccorũ:ſi cum magnis uirtutibus affers
Grande ſupercilium:& numeras in dote triumphos.
ℂ Quæ tanti grauitas? quæ forma? ut ſe tibi ſemper
Imputet.huius enim rari ſummiq; uoluptas
Nulla boni.quotiens animo corrupta ſuperbo
Plus aloes:q̃ mellis habet:
ℂ Pone crucem ſeruo.meruit quo crimine ſeruus

Suppliciū? quo teſtis adeſt? quis detulit? audi
Nulla unq̄ de morte hominis contatio longa eſt.
Ah demens: ita ſeruus homo eſt: nil fecerit. eſto.
Hoc uolo ſic iubeo: ſit pro ratione uoluntas.
Imperat ergo uiro:
D Nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem
Moueríc: accuſat manilia ſi rea non eſt.
Componunt ipſæ pro ſe: formantq; libellos.
¶ Semper habet lites: alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet minimū dormitur in illo.
Tunc grauis illa uiro. tunc orba tygride peior
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti.
Aut odit pueros: aut ficta pellice plorat:
Vberibus ſemp lachrymis. ſemperq; paratis
In ſtatione ſua: atq; ipſis expectātibus illam
Quo iubeat manere modo:
¶ Nihil eſt audacius illis.
Deprenſis. irā atq; animos a crimine ſummūt.
E Vnde hæc monſtra tn̄. uel quo de fonte requiris?
Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondā: nec uitiis contingi parua ſinebat
Tecta labor. ſomniq; breues: & uellere tuſco:
Vexatæ: duræq; manus: ac proximus urbi
Hannibal. & ſtantes collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala. ſæuior armis
Luxuria incubuit: uictumq; ulciſcitur orbē.
Nullū crimen abeſt. facinuſq; libidinis ex quo
Paupertas romana perit:

Prima peregrinos obſcena pecunia mores
Intulit:& turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ molles.❡Quid.n.uenus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.
Nil nõ permittit mulier ſibi:turpe putat nil F
Cum uirides gemmas collo circũdedit.& cũ
Auribus extenſis magnos cõmittit elencos.
Intolerabilius nihil eſt q̃ fœmina diues.
Credamus tragicis quicquid de colchide torua G
Dicitur:& progne:nil contra conor:& ille
Grandia monſtra ſuis audebant tẽporibus:ſed
Non propter numos.minor admiratio ſummis
Debetur mõſtris:quotiens facit ira nocentem.
Hunc ſexum:& rabie iecur incendente ferunt
Præcipites:aut ſaxa iugis abrupta quibus mons
Subtrahitur:cliuoq; latus pendente recedit.

Ex Satyra.7.

Quis color:& quod ſit cauſæ genus:atq; ubi ſumma H
Queſtio quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ
Noſſe uolunt omnes:mercedẽ ſoluere nemo.
Mercedem appellas?quid.n.ſcio?culpa docentis
Scilicet arguit:q; leua in parte pupillæ
Nil ſapit archadico iuueni:
Si fortuna uolet fies de rhetore conſul. I
Si uolet hæc eadẽ fies de conſule rhetor:
Ventidius quid enim?quid Tullius?an ne aliud:q̃
Sidus:& occulti miranda potentia fati.
Seruis regna dabunt.captiuis fata triumphos:

Fœlix ille tamẽ.coruo quoq; rarior albo.

:Ex Satyra.8:

K Stẽmata quid faciũt? quid prodeſt pontice longo
Sanguine cenſeri? pictos oſtendere uultus
Maioꝝ:? & ſtantes in curribus æmylianos?
Q uis fructus generis:tabula iactare capaci
Fumoſos equitũ cũ dictatore magiſtros.
Si corã lepidis male uiuitur?

D Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria:Nobilitas ſola eſt:atq; unica uirtus.
ℭ Prima mihi debes animi bona:ſanctus haberi:
Iuſtitiæq; tenax:factis:dictiſq; mereris.
ℭ Q uis enim generoſum dixerit hũc:qui
Indignus generẽ:& pclaro nomine tm̃
Inſignis? nanũ cuiuſdam athlãta uocamus.
Ethiopem cygnum:paruam:extortãq; puellam
Europem:canibus pigris:ſcabiẽq; uetuſta:
Leuibus:& ſiccæ lambentibus ora lucernæ:
Nomen erit pardus:Tigris:leo:ſi quid adhuc eſt
Q uod fremit in terris uiolentius:ergo cauebis
Et metues ne tu ſis Creticus:aut camerinus.
Aſt ego cecropides.uiuas & originis huius
Gaudia longa feras.tamẽ ima plebe quiritẽ
Facundum inuenies.ſolet hic defendere cauſas.
Nobilis indocti.ueniet de plebe togata:
Q ui iuris nodos:& legũ enigmata ſoluat.
Hic petit Euphraten iuuenis:domitiq; bataui
Cuſtodes aquilas.armis induſtrius.ℭ At tu.

Nil niſi cecropides.truncoq; ſimillimus hermæ:
Nullo quippe alio uincis diſcrimine:q̃ quod
Illi marmoreũ caput eſt:tua uiuit imago:
Hæc ſatis ad iuuenẽ quẽ nobis fama ſuperbum M
Tradit.& inflatũ.plenũq; nerone propinquo.
Sed te cenſeri laude tuoꝝ
Ponticẽ noluerim:ſi tu nihil ipſe futuræ
Laudis agas.miſerũ eſt alioꝝ incũbere famæ:
¶ Ne collapſa ruant ſubductis tecta colũnis
Stratus humi palmes uiduas deſiderat ulmos:
Eſto bonus miles.tutor bonus.arbiter idem
Integer.¶ Ambigue ſi quãdo citabere teſtis:
Incertæq; rei:phalaris licet imperet:ut ſis
Falſus.& admoto diſtet periura tauro.
Summũ crede nefas animã p̃ferre pudori:
Et propter uitã uiuendi perdere cauſas.
Expectata diu tandẽ prouincia cũ te N
Rectorẽ accipiet.pone iræ frœna:modũq;
Pone & auaritiæ.miſerere inopum ſocioꝝ.
Oſſa uides regum uacuis exuſta medullis.
Reſpice quid moneant leges:quid curia mandet.
Præmia quanta bonos maneant:quã fulmine iuſto:
Et capto:& numitor ruerint damnante ſenatu
Piratæ cilicum:
Quod modo propoſui non eſt ſententia.uerũ
Credite me uobis foliũ recitare ſybillæ.
Si tibi ſancta cohors comitũ:ſi nemo tribunal. O
Vendit acerſecomes:ſi nullum in cõiuge crimẽ

Nec per cõuentus:nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat nũmos raptura celeno.
Tunc liceat a pico numeres genus:altaq; ſi te
M Nomina delectant.omnẽ titanida pugna
Inter maiores:ipſumq; promethea ponas.
De quocũq; uoles proauũ tibi ſumito libro:
Quod ſi præcipitẽ rapit ambitus.atq; libido:
Si frãgis uirgas ſocio℞ in ſanguine:ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures:
Incipit ipſo℞ cõtra te ſtare parentum
Nobilitas:claramq; facem ꝑferre pudendis.
℃ Omne animi uitiũ tanto cõſpectius in ſe
Crimen habet:quanto maior qui peccat habeť.
P Defenſor culpæ dicet mihi:fecimus & nos
Hæc iuuenes.eſto.deſiſti nẽpe.nec ultra
Fouiſti errorẽ.Breue ſit quod turpiter audes.
M Quædã cũ prima reſecent crimina barba.
Q Libera ſi dent:populo ſuffragia:quis tam
Perditus.ut dubitet Senecã ꝑferre neroni?
Cuius ſupplicio nõ debuit una parari
Simia:nec ſerpens unus:nec culeus unus.
℃ Par agamẽnonide crimen.ſed cauſa facit rem
Diſſimilem:
R Roma patrẽ patriæ Ciceronẽ libera dixit.
S Malo pater tibi ſit therſites.Dũ modo tu ſis
Eacide ſimilis:uulcaniaq; arma capeſſas:
Q Quã te therſite ſimilem producat achilles.
Ex Satyra.9.

Fata regunt homines: T
Hæc ſoli cõmiſſa tibi.celare memento: V
Et tacitus noſtras intra te fige querelas.
Nam res mortifera eſt.inimicus pumice leuis:
Qui modo ſecretũ cõmiſerat ardet.& odit.
O Corydon Corydon.ſecretũ diuitis ullum X
Eſſe putas:ſerui ut taceant.iumenta loquentur.
Viuendũ eſt recte:tũ propter plurima:tũc his Y
Præcipue euaſis.ut linguas mancipiorum
Contemnas:Nã lingua mali pars peſſima ſerui.
Feſtinat enim decurrere uelox Z
Floſculus.anguſtæ miſeræq; breuiſſima uitæ
Portio:Dum bibimus:dũ ſerta unguenta puellas
Poſcimus.obrepit nõ intellecta ſenectus.

Ex Satyra.10.

Omnibus in terris quæ ſunt a gadibus uſq; A
Aurorã & gangẽ pauci dignoſcere poſſunt
Vera.bona.atq; illis multũ diuerſa:remota
Erroris nebula:Quid enim ratione timemus?
Aut cupimus?Quid tã dextro pede cõcipis:ut te
Conatus non pœniteat:uotiq; peracti?
Euertere domos totas optantibus ipſis
Dii faciles:nocitura toga:nocitura petunt
Militia.¶Et torrẽs dicendi copia multis:
Et ſua mortifera eſt facũdia.¶Viribus ille
Confiſus periit:admirandiſq; lacertis.
¶ Sed plures nimia cõgeſta pecunia cura
Strangulat:& cuncta exuperãs patrimonia cenſus.

B Pauca licet portes argenti uaſcula puri
Nocte iter ingreſſus:gladiū cōtū^qꝫ timebis:
Et motæ ad lunam trepidabis harundinis umbras.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
C Prima fere uota:& cunctis notiſſima templis
Diuitiæ creſcant:ut opes:ut maxima toto
D Noſtra ſit archa foro.ℭ Sed nulla aconita bibunt
Fictilibus:tunc illa time cum pocula ſumes
Gemmata:& lato ſetinū ardebit in auro.
E Turba tremens.ſequitur fortunā ſemper:& odit
Damnatos.idem populus:ſi nurſia tuſco
Fauiſſet:ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis.hac ipſa ſeianū diceret hora Auguſtum.
F Qui dabat olim
Imperium:faſces:legiones:omnia:nūc ſe
Continet.atq; duas tm̄ res anxius optat.
G Qui nolunt occidere quēq̄
Poſſe uolunt.ℭ Sed quæ p̄clara & proſpera tanti
Vt rebus lætis par ſit menſura maloꝝ.
H Ergo quid optandum foret ignoraſſe fateris
Seianum.nam qui nimios optabat honores:
Et nimias poſcebat opes:numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata.unde altior eſſet
Caſus.& impulſæ præceps immane ruinæ.
Quid craſſos?quid pompeios euertit?& illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus:
Magnaq; numinibus uota exaudita malignis

¶Ad generum cereris ſine cæde & uulnere pauci
Deſcendũt reges.& ſicca morte tyranni.
Eloquium ac famam Demoſthenis:aut Ciceronis I
Incipit optare:
Eloquio ſed uterq; perit orator:utrũq;
Largus & exundãs lœto dedit ingenii fons.
Ingenio manus eſt:& ceruix cæſa:nec unq̃
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
Diis ille aduerſis genitus:fatoq; ſiniſtro: K
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone:& forcipibus:gladioſq; parante
Incude.& luteo uulcano ad rhetora miſſit.
Bellorum exuuiæ:trũcis affixa tropheis L
Lorica:& fracta de caſſide buccula pendens:
Et curtũ temone iugum:uictæq; triremis
Apluſtræ:& ſummo triſtis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis credunt᷑.ad hoc ſe
Romanus:graiuſq;:& barbarus induperator
Erexit:cauſas diſcriminis:atq; laboris
Inde habuit:tanto maior famæ ſitis eſt q̃
Virtutis.¶Quis enim uirtutem amplectit᷑ ipſam
Pręmia ſi tollas? ¶Patriã tñ obruit olim
Gloria paucoꝝ.& laudis tituliq; cupido
Expende hannibalẽ.quot libras in duce ſummo M
Inuenies:hic eſt quem nõ capit africa mauro
Perfuſa oceano:niloq; admota tepenti.
Curſus ad æthiopũ populos:alioſq; elephantes.
Additur imperiis hyſpania pyrrenacum

Tranſilit:oppoſuit natura:alpēq;:niuēq;
Didixit ſcopulos.& montē rupit aceto.
Iam tenet italiā.tñ ultra ꝑgere tendit.
Actum inquit nihil eſt:niſi pœno milite portas
Frangimus:& media uexillū pono ſuburra.
O qualis facies:& quali digna tabella:
Cum getula ducem portaret bellua luſcum.
Exitus ergo quis eſt?o gloria uincitur idem
Nempe:& inexilium p̄ceps abit:atq; ibi magnus:
Mirandusq; cliens ſedet ad pretoria regis.
Donec bithinio libeat iugulare tyranno.
Finē animæ:quæ res humanas miſcuit olim:
Non gladii nō ſaxa dabunt.nō tela:ſed ille
Cannaꝝ uindex:& tanti ſanguinis ultor
Annulus:demens:& ſæuas curre per alpes:
Vt pueris placeas:& declamatio fias.
N Vnus peleo iuueni non ſufficit orbis.
Eſtuat infœlix anguſto limite mundi:
Vt gyaræ clauſus ſcopulis:paruaq; ſeripho.
Cum tñ a figulis munitā intrauerit urbem
Sarcophago contentus erit.❡Mors ſola fatet̃
O Q uantula ſunt hominū corpuſcula.❡Credit̃ olim
Velificatus athos.& quicquid græcia mendax
Audet in hiſtoria:conſtratū claſibus iiſdem:
Suppoſitūq; rotis ſolidū mare.credimus altos
Defeciſſe amnes.epotaq; flumina medo
Prandente:& madidis cantat q̄ ſoſtratus alis.
Ille tñ qualis rediit ſalamine relicta.

In corum atq; eurum ſolitus ſæuire flagellis
Barbarus? eolio nūq̄ hoc in carcere paſſos.
Ipſum compedibus qui uinxerat ennoſigeū:
Mitius id ſane.quod nō in ſtigmate dignū
Crederet:huic quiſq̄ uellet ſeruire deoꝝ.
Sed qualis rediit? nempe una naue cruentis
Fluctibus:ac tarda ꝑ denſa cadauera prora.
Has totiens optata exegit gloria pœnas
Da ſpacium uitæ:multos da iuppiter annos:
Hoc recto uultu ſolū hoc & pallidus optas.
¶Sed quā continuis:& quātis longa ſenectus
Plæna malis? deformē & tetrū ante omnia uultū:
Diſſimileq́; ſui:deformē pro cute pellem:
Pendenteſq; genas:& tales aſpice rugas:
Q uales umbriferos ubi pandit tabraca ſaltus
In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca
Præterea minimus gelido iam in corpore ſanguis
Febre calet ſola.circūſilit agmine facto
Morboꝝ omne genus:
Ille humero.hic lumbis:hic coxa debilis.ambos
Perdidit ille oculos:& luſcis inuidet.huius
Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.
Sed omni
Membroꝝ damno maior dementia:quæ nec
Nomina ſeruoꝝ:nec uultū agnoſcit amici.
Cum quo præterita cœnauit nocte.nec illos
Q uos genuit:quos eduxit:
¶Hæc data pęna diu uiuentibus:ut renouata

Semper clade domus:multis in luctibus inq;
Perpetuo mœrore & nigra ueſte ſeneſcant.
Res pilius:(magno ſic quicq̄ credis homero)
Exemplum uitæ fuit a cornice ſecūdæ
Fœlix nimirū qui per tot ſęcula mortem
Diſtulit atq; ſuos iam dextra cóputat annos.
Quippe nouū totiens muſtū bibit.oro parumper
Attendas quantū de legibus ipſe quæratur
Fatoq;:& nimio de ſtamine:cū uidet acris
Antilochi barbam ardentē:nam quærit ab omni
Quiſq adeſt ſocio:cur hæc in tempore duret.
Quod facinus dignū tam longo admiſerit æuo:
Hæc eadē pelleus raptū cum luget achillem:
Atq; alius cui faſithacum lugere natantem.
Q Incolumi troia priamus ueniſſet ad umbras
Aſſaraci magnis ſolénibus hectore funus
Portante:ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadū lachrymas.ut primos edere plantus
Caſſandra inciperet:ſiſſaq; polyxena palla:
Si foret extinctus diuerſo tempore:quo iam
Cœperat audaces paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit?omnia uidit
Euerſa:& flāmis aſiam ferroq; cadentem:
Tunc miles tremulus poſita tulit arma thyara:
Et ruit ante aram ſummi iouis.ut uetulus bos:
Qui dñi cultris tenue & miſerabile collum
Præbet:ab ingrato iam faſtiditus aratro:
R Exitus ille utcūq; hominis.℄ Sed torua canino

Latrauit rictu:quæ poſt hunc uixerat:uxor:
Feſtino ad noſtros:& regem tranſco ponti S
Et Cręſum quē uox iuſti facūda ſolonis
Reſpicere ad longe iuſſit ſpacia ultima uitæ.
Exilium.& carcer.mynturnarūq; paludes: T
Et mendicatus uicta carthagine panis.
Hinc cauſas habuere.quid illo ciue tuliſſet
Natura in terris?quid roma beatius unq̄
Si circūducto captiuorum agmine:& omni
Bellorum pompa animā exalaſſet opimā:
Cum de teutonico uellet deſcendere curru.
Prouida Pompeio dederat campania febres V
Optandas:ſed multæ urbes:& publica uota
Vicerunt.igitur fortuna ipſius:& urbis
Seruatū uicto caput abſtulit:hoc cruciatu
Lentulus:hac pœna caruit.ceciditq; Cethegus
Integer:& iacuit catilina cadauere toto.
Formā optat modico pueris.maiore puellis X
Murmure:cū ueneris fanū uidet anxia mater
Sed uetat optari faciem Lucrecia qualem
Ipſa habuit:cuperet rutilæ uirginia gibbum
Accipere.atq; ſuā rutilæ dare.¶Filius aūt Y
Corporis egregii.miſeros:trepidoſq; parentes
Semp habet.¶Rara eſt adeo cōcordia formæ:
Atq; pudicitiæ:
Mulier ſęuiſſima tūc eſt: A
Cum ſtimulos odio pudor admouet:
Nil ergo optabūt homines?Si cōſiliū uis B

Permittes ipſis expendere numinibus.quid
Conueniat nobis:rebuſq; ſit utile noſtris.
Nam pro iocũdis aptiſſima quæq; dabunt dii.
Charior eſt illis homo q̃ ſibi.¶Nos animoꝝ
Impulſu:& cæca magnaq; cupidine ducti
Coniugiũ petimus.partũq; uxoris.¶At illis
Notũ:qui pueri.qualiſq; futura ſit uxor.
C Attamen ut poſcas aliquid:uoueaſq; ſacellis
Exta:& candiduli diuina thomacula porci.
Orandũ eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortẽ poſce animũ:mortis terrore carentem:
Qui ſpatiũ uitæ extremũ inter munera ponat
Naturæ:qui ferræ queat quoſcũq; labores:
Neſciat iraſci:cupiat nihil:& potiores
Herculis ærũnas credat:ſæuoſq; labores.
Et uenere:& cęnis.& plumis ſardanapali.
Monſtro quod ipſe tibi poſſis dare:ſemita certe
Tranquillæ per uirtutẽ patet.unica uitæ.
D Nullũ numen abeſt ſi ſit prudentia.¶Sed te
Nos facimus fortuna deam:cœloq; locamus.

Ex Satyra.11.

E Multos porro uides:quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitũ ſolet expectare macelli.
Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt.
Interea guſtus elementa per omnia quærũt:
A Nũq̃ animo p̃ciis obſtantibus.¶Interius ſi
Attendas.magis illa iuuant q̃ pluris emunt:
F Illum ego iure

Deſpiciam:qui ſcit quantum ſublimior atlas
Omnibus in libya ſit montibus.hic tñ idem
Ignotum quantũ ferrata diſtet ab arca
Sacculus e cœlo deſcendit γνωθι σεαυτον
Fingendum:& memori tractandum pectore:ſiue
Coniugium quæras.uel ſacri in parte ſenatus
Eſſe uelis:nec enim loricam poſcit achillis
Terſites:in qua ſe traducebat ulyxes.
Ancipitem ſeu tu magno diſcrimine cauſam
Protegere affectas:te conſule:dic tibi qui ſis
Orator uehemens.an curtius.an matho.buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ:ſpectandaq; rebus
In ſummis:minimiſq;:etiã cũ piſcis emetur.
Non p̃maturi cineres.nec funus acerbum G
Luxuriæ.ſed morte magis metuenda ſenectus
Ingratos ante omnia pone ſodales. H
Iam nunc in balnea ſalua I
Fronte licet uadas:quãq̃ ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam:facere hoc nõ poſſis quinq; diebus.
Continuis:quia ſunt talis quoq; tedia uitæ.
Magna.uoluptates cõmendat rarior uſus.

Ex Satyra.12.

Accidit & noſtro ſimilis fortuna catullo K
Cum plenus fluctu medius foret alueus.& iam
Alternum puppis latus euertentibus undis
Arboris incerto nullam prudentia cani
Rectoris cum ferrẽt opem.decidere iactu
Cepit cum uentis imitatus caſtora:qui ſe

Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticuloꝝ adeo medicatum intelligit inguen
Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta catullus
Præcipitare uolens.etiam pulcherrima.ueſtem
Purpuream.teneris quoq; mœcenatibus aptã.

L Sed quis nunc alius? qua mundi pte? quis audet
Argento præferre caput? rebuſq; ſalutem?
Non propter uitã faciunt patrimonia quidam:
Sed cæci uitio propter patrimonia uiuunt.

M Nunc & uentis animã cõmitte dolato
Confiſus ligno.digitis a morte remotus
Quattuor:aut ſeptem:ſi ſit lautiſſima tæda.

N Viuat pacuuius quæſo uel Neſtora totum:
Poſſideat quãtum rapuit Nero:montibus aurũ
Exęquet:nec amet quẽq̃:nec ametur ab ullo.

Ex Satyra.13.

O Exemplo quodcũq; malo cõmittitur.ipſi
Diſplicet auctori.prima eſt hæc.ultio.quod ſe
Iudice nemo nocẽs abſoluitur.improba quãuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.
Quid ſentire putas omnes caluine recenti
De ſcelere:& fidei uiolatę crimine?

P Ponamus nimios gemitus.flagrãtior æquo
Non debet dolor eſſe uiri:nec uulnere maior.

Q Magna equidem ſacris quæ dat præcepta libellis.
Victrix fortunæ ſapientia.¶ Dicimus autem
Hos quoq; fœlices:qui ferre incõmoda uitæ:
Nec iactare iugum uita didicere magiſtra.

Quæ tã feſta dies ut ceſſet prodere furem R
Perfidam? fraudes: atq; omni ex crimine lucrum
Quæſitũ? & partos gladio uel pixide numos?
Rari quippe boni numero uix ſunt totidem: quot
Thebaꝶ porte: uel diuitis hoſtia nili.
¶Nona ætas agitur: peioraq; ſæcula ferri
Temporibus: quoꝶ ſceleri nõ inuenit ipſa
Nomen: & a nullo poſuit natura metallo.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo. S
Credebant hoc grãde nefas: & morte piandum.
Si iuuenis uetulo nõ aſſurrexerat: & ſi
Barbato cuicũq; puer: licet ipſe uideret
Plura domi farra: & maiores glandis aceruos.
Tam uenerabile erat præcedere quattuor ãnis.
Primaq; par adeo ſacræ lanugo ſenectæ.
Nunc ſi depoſitũ nõ inficiet amicus T
Si reddat ueterẽ cũ tota erugine follem.
Prodigioſa fides: & tuſcis digna tabellis:
Quæq; coronata luſtrari debeat agna.
Egregium ſanctumq; uirũ ſi cerno: bimembri
Hoc monſtrũ puero: & miranti iam ſub aratro
Piſcibus inuentis: & fętę comparo mulæ.
Tam facile & pronũ eſt ſuperos contẽnere teſtes V
Si mortalis idem nemo ſciat: aſpice quanta
Voce neget: quæ ſit ficti conſtantia uultus.
Per ſolis radios: tarpeiaq; fulmina iurãt.
Sunt qui in fortunę iam caſibus omnia ponant: X
Et nullo credant mundum rectore moueri.

Natura uoluente uices:& lucis:& anni.
Atq; ideo intrepidi quæcũq; altaria tangunt.
Y Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequat̃.
Hic putat eſſe deos:& peierat:atq; ita ſecum:
Decernat quodcũq; uolet de corpore noſtro
Iſis:& irato feriat mea lumina ſiſtro
Dum modo uel cæcus teneã quos abnego numos.
Z Vt ſit magna:tñ certe lenta ira deoꝝ eſt.
A Si currant igit̃ cunctos punire nocẽtes
Quando ad me ueniet?
B Quãdoquidẽ accepto claudenda eſt ianua dãno.
Et maiore domus gemitu:maiore tumultu
Plangunt̃ numi:q̃ funera:nemo dolores
Fingit in occaſum ueſtem deducere ſummã
Contẽtus uexare oculos humore coacto.
Plorat̃ lachrymis ammiſſa pecunia ueris.
C Te nunc delitias extra cõmunia cenſes
Ponendum? quia tu galliæ filius albæ?
Nos uiles pulli nati infœlicibus ouis?
D Rem pateris modicã & mediocri bile ferendã.
Si flectas oculos maiora ad crimina:
E Humani generis mores tibi noſſe uolenti
Sufficit una domus:paucos conſume dies:&
Dicere te miſerũ:poſtq̃ illinc ueneris aude.
F Nulla ne periuri capitis:fraudiſq; nephandę
Pœna erit? abreptũ crede hunc grauiore cathena:
Protinus:& noſtro quid plus uelit ira necari
Arbitrio. ¶ Manet illa tamen iactura:nec unq̃

Depoſitum tibi ſoſpes erit:ſed corpore trunco.
Inuidioſa dabit minimus ſolatia ſanguis.
At uindicta bonũ uita iocũdius ipſa.
Nempe hoc indocti quoꝝ p̄cordia nullis
Interdum:aut leuibus uideas flagrantia cauſis.
Quantula cũq; adeo eſt occaſio:ſufficit ire.
Cryſippus non dicet idem.nec mitte Thaletis
Ingenium.dulciq; ſenex uicinus hymeto
Qui partem acceptæ ſæua inter uincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.¶Plurima fœlix G
Paulatim uitia.atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum ſapiẽtia.¶Quippe minuti H
Semper & infirmi eſt animi:exiguiq; uoluptas
Vltio.¶Continuo ſic collige.quod uindicta
Nemo magis gaudet q̃ fœmina.¶Cur tñ hos tũ I
Euaſiſſe putas quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos:& ſurdo uerbere cedit:
Occultũ quatiens animo tortore flagellũ.
Pœna autem uehemens:ac multo ſæuior:illis
Quas & Sedicius grauis inuenit:& Radamãthus:
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.
Sparthano cuidã reſpondit pythia uates K
Haud impunitũ quondã fore:quid dubitaret
Depoſitum retinere:& fraudem iure tueri
Iurando:quærebat enim quæ numinis eſſet
Mens:& an hoc illi facinus ſuaderet apollo.
Reddidit ergo metu:non moribus:& tamen omnẽ
Vocem aditi dignam templo:uerãq; probauit.

Extinctus tota pariter cũ prole:domoq;:
Ex quāuis longa deductus gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi ſola uoluntas.
L Nam ſcelus intra ſe tacitũ qui cogitat ullum
M Facti crimen habet.¶Cedo ſi conata peregit?
Perpetua anxietas:nec menſe tẽpore ceſſat
Faucibus ut morbo ſiccis:interq; molares
Difficili creſcente cibo:
N Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem:
Et toto uerſata thoro iam mẽbra quieſcunt:
Continuo templũ:& uiolati numinis aras:
Et quod præcipuis mentẽ ſudoribus urget.
Te uidet in ſomnis:tua ſacra:& maior ymago
Humana:turbat pauidũ:cogitq; fateri.
I Hii ſunt qui trepidant:& ad omnia fulgura pallent.
Cũ tonat exanimes:primo quoq; murmure cœli.
Nõ quaſi fortuitu:nec uentoꝝ rabie:ſed
Iratus cadat in terras:& uindicet ignis.
Illa nihil nocuit:cura grauiore timetur
Proxima tempeſtas uelut hoc dilata ſereno.
O Præterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cæpere pati.miſſum ad ſua corpora morbũ
In feſto credũt a numine.ſaxa deorum:
Hæc & tela putãt pecudem ſpondere ſacello
Balantem:& laribus criſtam promittere galli
Non audent.quid enim ſperare nocẽtibus ægris
Conceſſum?uel quæ nõ dignior hoſtia uita?
P Mobilis & uaria eſt ferme natura maloꝝ.

Cũ ſcelus admittunt:ſupeſt cõſtantia:quid fas:
Atq; nefas:tandẽ incipiunt ſentire peractis
Criminibus:tamen ad mores natura recurrit
Dãnatos:fixa & mutari neſcia.¶Nam quis
Peccandi finẽ poſuit ſibi?quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quis nã hominũ eſt:quẽ tu contentũ uideris uno
Flagitio?¶Dabit in laqueũ ueſtigia tandẽ
Perfidus:& nigri patiet̃ carceris uncum:
Aut maris egei rupem:ſcopuloſq; frequentes
Exulibus magnis:pœna gaudebis amara
Nominis inuiſi.¶Tandemq; fatebere lætus:
Nec ſurdum:nec Tireſyam queq; eſſe deoꝝ.

Ex Satyra.14.

Plurima ſunt fuſcine:& fama digna ſiniſtra:
Et nitidis maculã:ac rugam figentia rebus:
Quæ monſtrant ipſi pueris:tradũtq; parentes.
Si damnoſa ſenẽ iuuat alea:ludit & hæres
Bullatus:paruoq; eadem mouet arma fritillo:
Sic natura iubet:uelocius & citius nos
Corrumpunt uitioꝝ exẽpla domeſtica:magnis
Cum ſubeant animos auctoribus:unus & alter
Forſitã hæc ſpernant iuuenes:quibus arte benigna:
Et meliore luto finxit ꝓcordia tytan.
Sed reliquos fugienda patrum ueſtigia ducũt:
Et moſtrata diu ueteris trahit orbita culpæ.
Abſtineas igitur damnis huiuſce & enim uel
Vna potẽs ratio eſt:ne crimina noſtra ſequant̃.

Ex nobis geniti.quoniam dociles immitandis
Turpibus:ac prauis omnes ſumus:& catilinam
Quocūq; in populo uideas:quocūq; ſub axe.
Sed nec brutus erit bruti:nec auunculus uſq̄
Nil dictu fędū.uiſuq; hæc limina tangant
Intra quæ puer eſt.procul hinc:procul inde puellæ.
Lenonum.& cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia:ſi quid
Turpe paras:nec tu pueri contēpſeris annos.
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nam ſi quid dignū cenſoris fecerit ira:
Quandoquidē & ſimilem tibi ſe:nō corpore tm̄:
Nec uultu dederit moꝝ quoq; filius:& cum
Omnia deterius tua per ueſtigia peccet.
Corripies nimirū:& caſtigabis acerbo
Clamore:aut poſt hæc tabulas mutare parabis
Vnde tibi frontem libertatēq; parentis?
Cum facias peiora ſenex?uacuūq; cerebro
Iam pridē caput hoc uentoſa cucurbita quęrat.
Hoſpite uenturo ceſſabit nemo tuorum.
Verre pauimētū:nitidas oſtende colūnas.
Arida cum tota deſcendat aranea tela.
Hic lauet argentum.uaſa aſpera tergeat alter.
Vox domini fremit inſtantis:uirgāq; tenentis
Ergo miſer trepidas ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceāt oculis uenientis amici.
Ne perfuſa luto ſit porticus:& tñ uno
Semodio ſcobis hæc emendet ſeruulus unus.

Illud non agitas.ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum:uitioqꝫ carentem:
Gratū eſt quod patriæ ciuem:populoqꝫ dediſti: X
Si facis ut patrię ſit idoneus:utilis agris:
Vtilis & belloꝝ:& pacis rebus agendis
Plurimū eni intererit qbus artibus:& qbus hūc tu
Moribus inſtituas:ſerpente ciconia pullos
Nutrit:& inuenta per deuia rura lacerta:
Illi cadē ſumptis quærūt animalia pēnis.
Vultur iumento & canibus crucibuſqꝫ relictis
Ad fœtus ꝓperat:parteqꝫ cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoqꝫ uulturis:& ſe
Paſcentis:propria cū iam facit arbore nidos.
Sed leporē:aut caprcā famule Iouis & generoſæ
In ſaltu uenantur aues:nūc præda cubili
Ponitur.inde aūt cū ſe matura leuabit
Progenies ſtimulante fame:feſtinat ad illam
Quāprimū prædā rupto guſtauerit ouo.
Sponte tamē iuuenes imitanť cętera:ſolam: Y
Inuiti quoqꝫ auaritiā exercere iubentur.
Fallit enim uitiū ſpecie uirtutis:& umbra:
Cum ſit triſte habitu:uultuqꝫ:& ueſte ſeuerū:
Nec dubie tāq̄ frugi laudatur auarus:
Tāq̄ parcus homo:& reꝝ tutela ſuaꝝ:
Certa magis:q̄ ſi fortunas ſeruet eaſdem
Heſperidum ſerpens:aut ponticus:
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas A
Cum furor haud dubius:cū ſit manifeſta freneſis

Vt locuples moriaris egenti uiuere fato:
B Interea pleno cũ turget ſacculus ore
Creſcit amor numi:quãtũ ipſa pecunia creſcit:
Et minus hanc optat qui nõ habet:ergo paratur
Altera uilla tibi:cũ rus nõ ſufficit unum:
Et proferre libet fines:maiorq; uidetur:
Et melior uicina ſeges:mercaris & hãc:&
Arbuſta:& denſa montẽ qui canet oliua.
Nũc modus hic agri noſtro nõ ſufficit orto.
Inde fere ſceleꝝ cauſæ.nec plura uenena
Miſcuit:aut ferro craſſatur ſæpius ullum
Humanæ mentis uitiũ:q̃ ſæua cupido.
C Indomiti cenſus.¶ Nam diues qui fieri uult:
Et cito uult fieri.ſed quæ reuerentia legum?
Quis metus:aut pudor eſt unq̃ ꝓperãtis auari?
D Viuite cõtenti caſulis:& collibus iſtis
O pueri Marſus dicebat:& Hernicus olim:
Veſtinuſq; ſenex.panẽ quæramus aratro
Qui ſatis eſt menſis:
E Ad ſcelus:atq; nefas quæcũq; eſt purpura ducit.
F Nec credas ponendũ aliquid diſcriminis inter
Vnguenta:& coriũ.lucri bonus eſt odor:ex re
Qualibet:illa tuo ſententia ſemp in ore
Verſetur:diis atq; ipſo Ioue digna poetæ.
Vnde habeas quærit nemo.ſed oportet habere:
G Falſus erit teſtis:uendet periuria ſumma
Exigua.cereris tangens arãq;:pedẽq;.
H Nam quiſquis magni cẽſus ꝑcepit amorem:

Et leuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudes patrimonia cõdupplicari
Dat libertatẽ:& totas effundit habenas
Curriculo:quẽ ſi reuoces ſubſiſtere neſcit.
Et te cõtempto rapitur:metiſq; relictis.
Nemo ſatis credit tantũ delinquere quantũ
Permittas:adeo indulgent ſibi latius ipſi.
Ergo ignẽ cuius ſintillas ipſe dediſti
Flagrantẽ late:& rapientẽ cuncta uidebis.
Nec tibi parcetur miſero:trepidũq; magiſtrũ
In caueam magno fremitu leo tollet alũnus.
Tantis parta malis:cura maiore:metuq; I
Seruantur:miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
Senſit Alexander teſta cũ uidit in illa K
Magnũ habitatorẽ:quanto fœlicior:hic qui
Nil cuperet:q̃ qui totũ ſibi poſceret orbem:
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia.¶Sed te L
Nos facimus fortuna deã.¶Menſura tamẽ quæ M
Sufficiat cenſus:ſi quis me conſulat:edam
In quantũ ſitis:atq; fames:& frigora poſcunt.
Quantũ epicure tibi paruis ſuffecit in hortis.
Quantũ ſocratici cęperũt ante penates.
Nũq̃ aliud natura:aliud ſapientia dicet.
Nec Cræſi fortuna unq̃:nec perſica regna N
Sufficient animo nec diuitiæ Narciſſi
Indulſit Cæſar.cui claudius omnia:

Ex Satyra.15.& penultima.

O Terra malos homines nunc educat:
P Quis enim bonus:& face dignus?
Archana qualem cereris uult eſſe ſacerdos
Vlla aliena ſibi credat mala.ſæparat hæc nos
A grege mutoꝝ:atq; ideo uenerabile ſoli
Sortiti ingeniũ:diuinorũq; capaces:
Atq; exercendis:capiẽdiſq; artibus apti.
℃ Senſum a cœleſti demiſſum traximus arce
Cuius egent prona.& terram ſpectantia.mundi
Principio indulſit cõmunis conditor illis
Tantũ animas:nobis animũ quoq;:mutuus ut nos
Affectus petere auxiliũ:& pſtare iuberet.
Diſperſos trahere in populũ.migrare uetuſto
De nemore:& pauis habitatas linquere ſiluas.
Edificare domos:laribus coniungere noſtris
Tectum aliud:tutos uicino limine ſomnos.
Vt collata daret fiducia:protegere armis
Lapſum:aut ingenti nutantẽ uulnere ciuem.
Cõmuni dare ſigna tuba:defendier iſdem
Turribus:atq; una portaꝝ claue teneri.
Q Sed iam ſerpentũ maior concordia.parcit
Cognatis maculis ſimilis fera:quãdo leoni
Fortior eripuit uitã leo:quo nemore unq̃
Expirauit aper:maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rapida cũ tigride pacem
Perpetuã.ſæuis inter ſe cõuenit urſis.
Aſt homini ferrũ lœtale incude nefanda
Produxiſſe parũ eſt:

Aſpicimus populos.quorum non ſufficit ire
Occidiſſe aliquē.ſed pectora.brachia.uultum.
Crediderint genus eſſe cibi. ¶ Quid diceret ergo R
Vel quo nō fugeret:ſi nunc hæc monſtra uideret
Pythagoras.Cunctis animalibus abſtinuit qui
Tā̄q homine:& uentri indulſit nō omne legumen?

Ex Comediis Perſii.Ex phemio priæ flores electi.
Quis expediuit pſitaco ſuum chære? S
Picaſq; docuit noſtra uerba conari?
Magiſter artis:ingeniq; largitor
Venter:negatas artifex ſequi uoces.

Ex Satyra Prima.

O curas hominū o quantū eſt in rebus inane. T
Non ſi quid turbida roma V
Eleuet:accedas:examēq; improbū in illa
Caſtiges trutina:nec te queſiueris extra.
Vſq; adeo ne X
Scire tuū nihil eſt:niſi te ſcire hoc ſciat alter?
At pulchrū eſt digito mōſtrari.& dicier hic eſt?
Rides ait:& nimis uncis
Naribus indulges.an erit:qui uelle recuſet
Os populi meruiſſe:& cedro digna locutus Linquere?
Non ego qui ſcribo:ſi forte quid aptius exit
Quādo hæc rara auis eſt:ſi qd tamē aptius exit
Laudari metuā:neq; enim mihi cornea fibra eſt:
Sed recti:finēq;:extremūq; eſſe recuſo.
Auriculos aſini quis non habet? Y

Ex Satyra Perſii.2.

A O curue in terris animæ:& cœleſtiũ.inanes:
Q uid iuuat hoc.templis noſtros ĩmittere mores:
Et bona diis ex hac ſcelerata ducere pulpa?
B At uos Dicite pontifices in tẽplo qd facit aurũ?
Nempe hoc:quod ueneri donate a uirgine pupæ.
Q uin damus id ſupis:de magna quod dare lance
Non poſſit magni meſſalæ lippa propago.
Compoſitũ ius:faſq; animi:ſanctoſq; receſſus
Mentis:& incoctum generoſo pectus honeſto?
Hæc cedo.ut admoueã templis.& farre litabo.

Ex Satyra.3.Perſii.

C Rure paterno
Eſt tibi far modicũ.purũ:& ſine labe ſalinũ
Q uid metuas? cultrixq; foci:ſecura patella
D Hoc ſatis.¶ An deceat pulmone rũpere uentis
Stemãte q tuſco ramũ milleſime ducis:
Cenſorem ue tuũ:uel quod trabeate ſalutas?
Ad populũ faleras:ego te intus & in cute noui.
E Magne pater diuũ.ſæuos punire tyrãnos
Haud alia ratione uelis:cũ dira libido
Mouerit ingeniũ:feruẽti tincta ueneno.
Virtutem uideant:intabeſcantq; relicta.
An ne magis ſiculi gemuerũt æra iuuenci?
Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit?
F Hellebo℞ fruſtra(cũ iam cutis ægra tumebit)
Poſcentes uideas:uenienti occurrite morbo.
G Diſcite:at o miſeri & cauſas cognoſcite re℞

Q uid ſumus aut qd nã uicturi gignimur.ordo
Q uis datus:aut metæ:q̃ mollis flexus:& unde:
Q uis modus argẽto:quid fas optare:qd aſper:
Vtile numus habet:patriæ:chariſq; propinquis
Q uantũ largiri deceat:quẽ te deus eſſe
Iuſſit:& humana qua parte locatus es in re
Diſce.¶Neq; inuideas quod multa fidelia ponat H
In locuplete penu:defenſis pinguibus umbris:
Et piper:& pernæ marſi monimenta clientis:
Menaq;:quod prima nõdũ defecerit orca.

Ex Satyra Perſii.4.

Vt nemo in ſe ſe tentat deſcendere.nemo I
Sed prçcedenti ſpectatur mantica tergo:
Reſpue quod nõ es.tollat ſua munera cerdo. K
Tecũ habita.ut noris:q̃ ſit tibi curta ſupellex.

Ex Satyra Perſii.5.

Mille hominũ ſpecies:& re℞ diſcolor uſus L
Velle ſuũ cuiq; eſt.nec uoto uiuitur uno:
Mercibus hic italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper.& pallentis grana cymini.
Hic ſatur:irriguo mauult turgeſcere ſomno.
Hic cãpo indulget.hunc alea decoquit.¶Ille M
In uenerẽ eſt putris.ſed cũ lapidoſa chiragra
Fregerit articulos.ueteris ramalia fagi.
Tunc craſſos tranſiſſe dies:lucẽq; paluſtrem:
Et ſibi iam ſeri uitã ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impalleſcere cartis N
Cultor enim iuuenũ purgatas inſeris aures

Fruge cleantea. ¶ Petite hinc iuueneſq; ſeneſq;
Finem animo certũ: miſeriſq; uiatica canis.
O Cras hoc fiet. Idem cras fiet? quid: quaſi magnũ
Nempe diem donas? Sed cũ lux altera uenit
Iam cras heſternũ cõſumpſimus. ecce aliud cras
Egerit hos annos. & ſemp paulũ erit ultra.
Nã quis prope te: quãuis temone ſub uno
Vertentẽ ſe ſe fruſtra ſectabere cantum
Cum rota poſterior curras. & in axe ſecundo.
P Stat cõtra ratio: & ſecretã gãnit in aurem
Ne liceat facere id quod quis uitiabit agendo.
Publica lex hominũ. naturaq; cõtinet hoc fas:
Vt teneat uetitos inſcitia debilis actus
Diluis helleboꝝ certo cõpeſcere puncto
Neſcius examen: uetat hoc natura medendi.
Q Pelliculamueterẽ retines: & fronte politus
Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem.
R Indulge genio. carpamus dulcia. noſtrũ eſt
Quod uiuis: cinis & manes: & fabula fies.
¶ Viue memor læti. fugit hora: hoc quod loquor inde ẽ:
S Nec (tu cũ obſtiteris ſemel: inſtantiq; negaris
Parere impio) rupi iam uincula dicas
Nam luctata canis nodũ abripit: aſt tamẽ illi
Cum fugit a collo trahitur pars longa cathenæ.

Ex Satyra. 6. Perſii.

T Vende animã lucro. mercare. atq; excute ſollers
Omne latus mũdi. ne ſit pſtantior alter
Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.

Rem duplice:feci:iam triplex:iam mihi quarto:
Iam decies:redit in rugam depinge ubi ſiſtam
Inuentus cryſippe tui finitor acerui.

Ex Lucani Libris.Ex Lib.1.flores electi.

QVis furor o ciues? quæ tanta licentia ferri V
Gentibus inuiſis latium præbere cruorem?
Cũq; ſuperba foret babylon ſpoliãda tropheis
Auſoniis.umbraq; erraret craſſus inulta.
Bella geri placuit:nullos habitura triumphos.
Heu quantũ terrę potuit pelagiq; parari
Hoc:quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ.
Fert animus cauſas tantaꝝ expromere rerum: X
Immenſumq; aperit opus:quid in arma furentem
Impulerit populũ:quid pacem excuſſerit orbi.
Inuida fatoꝝ ſeries:ſummiſq; negatum
Stare diu:nimioq; graues ſub pondere lapſus:
Nec ſe roma ferrẽs.❡Sic cũ compage ſoluta Y
Sæcula tot mundi ſuprema coegerit hora.
Antiquũ repetens iterum chaos:omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent:ignea pontum
Aſtra petent:telluſq; extendere littora nolet:
Excutietq; fretũ fratri contraria phebe
Ibit:& obliquum bigas agitare per orbem.
Indignata:diem poſcet ſibi:totaq; diſcors
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.
In ſe magna ruunt.lætis hunc numina rebus A
Creſcendi poſuere modum:
Tu cauſa malorum B

Facta tribus dominis cõmunis roma: nec unꝗ
In turbam miſſi feralia fœdera regni.
C O male cõcordes: nimiaq; cupidine cæci:
Quid miſcere iuuat uires/ orbẽq; tenere
In medio/ dũ terra fretũ: terraſq; leuabit
Aer: & longi uoluẽt titana labores.
Noxq; diẽ cœlo totidẽ per ſigna ſequet.
Nulla fides regni ſociis: omniſq; poteſtas
Impatiens conſortis erit: nec gentibus ullis
Credite: nec lõge fatoꝝ exempla petant.
¶ Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
D Miſerando funere craſſus
Aſſyrias latio maculauit ſanguine carras.
E Stimulos dedit emula uirtus
Nec quẽquã iam ferre põt: Cæſar ue priorem
Pompeius ue parem.
F Nãq;: ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit: & rebus mores ceſſere ſecũdis:
Prædaq;: & hoſtiles luxũ ſuaſere rapinæ.
Non auro: tectiſq; modus: menſaſq; priores
Aſpernata fames: cultus geſtare decoros
Vix nuribus rapuere mares: fœcũda uiroꝝ
Paupertas fugit.
G Hinc uſura uorax: auidũq; in tẽpore fœnus:
Et concuſſa fides: & multis utile bellum.
H Diriguere metu: gelidos pauor occupat artus:
Et tacito mutos uoluunt in pectore queſtus.
I Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis.

Nullus ſemel ore receptus K
Pullutas patiẽ ſanguis manſueſcere fauces.
Imminet armorum rabies.ferriq; poteſtas L
Confundet ius omne manu.ſceleriq; nefando
Nomẽ erit uirtus:multoſq; exhibit in annos Hic furor.
Ex.2.Li.Lucani.
Iamq; iræ patueræ deũ.manifeſtaq; belli M
Signa dedit mundus:legeſq;:& fœdera rerũ
Præſcia monſtrifero uertit natura tumultu:
Indixitq; nefas:
Siue parens rerũ cũ primũ informia regna: N
Materiãq; rudem flãma cedente recepit
Fixit in eternum cauſas:qua cuncta coercet
Se quum lege tenens:& ſęcula iuſſa ferentem
Fatoꝝ immoto diuiſit limite mundum.
¶ Siue nihil poſitũ eſt:ſed ſors incerta uagaẽ:
Fertq;:refertq; uices:& habent mortalia caſum:
Sit ſubitum quodcũq; paras.¶ Sit cęca futuri
Mens hominũ fati.liceat ſperare timẽti.
Cum poſt theutonicos uictor:libycoſq; triumphos O
Exul limoſa Marius caput abdidit ulua.
Stagna auidi texere ſoli:laxęq; paludes
Depoſitũ fortuna tuum mox uincula ferri
Exedere ſenẽ:longuſq; in carcere pedor.
Idem pelago delatus iniquo
Hoſtilem in terram:uacuiſq; mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna iugurtæ:
Et pœnos præſſit cineres:ſolatia fati

Cartago:Mariuſq; tulit:
¶ Septimus exequit' repetitis faſcibus annus
Ille fuit uitæ mario modus:omnia paſſo:
Q uæ peior fortuna poteſt:atq; omnibus uſo:
Q uæ melior:menſoq; homini quid fata pararent.
P Sylla quoq; immenſis acceſſit cladibus ultor:
Ille quod exiguũ reſtabat ſanguinis urbi
Hauſit:dũq; nimis iam putrida membra recidit
Exceſſit medicina modũ:nimiũq; ſecuta eſt:
Q ua morbi duxere manus:periere nocentes.
Sed cum iam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes.
Tunc data libertas odiis:reſolutaq; legũ
Frenis ira ruit:non uni cuncta dabant':
Sed fecit ſibi quiſq; nefas:ſemel omnia uictor
Iuſſerat:infandũ domini.p uiſcera ferrũ
Exegit famulus:nati maduere paterno
Sanguine:certatũ eſt cui ceruix cæſa parentis
Cęderet:in fratrum ceciderũt premia fratres.
Q Q uid ſanguine manes
Placatos catulli referã.cũ uictima triſtis
Inferias marius:forſam nolentibus umbris:
Pendit in expleto non fanda pericula buſto.
Cũ laceros artus:æquataq; uulnera mẽbris
Vidimus:& toto quãuis in corpore cæſo.
Nil animæ lœtale datũ:moreq; nefandæ
Dirum ſeuitiæ pereuntis parcere morti.
Auulſæ cecidere manus:exectaq; lingua
P alpitat:& muto uacuũ ferit aera motu.

Hic aures:alius ſpiramnia naris aduncæ
Amputat:ille cauis euoluit ſedibus orbes:
Vltimaq; effudit ſpectatis lumina membris.
Vix erit ulla fides tã ſęui criminis:unum
Tot pœnas cepiſſe caput:ſic mole ruinæ
Fracta ſub ingenti miſcent̃ pondere membra.
Nec magis informes ueniunt ad littora trunci
Qui medio periere freto:

Hi mores:hæc duri ĩmota Catonis R
Secta fuit:ſeruare modum:finẽq; tenere:
Naturãq; ſequi:patriæq; impendere uitam:
Nec ſibi:ſed toti genitũ ſe credere mundo.

Iuſtitiæ cultor:rigidi ſeruator honeſti:
In cõmune bonus:nulloſq; catonis in actus
Surrepſit:partẽq; tulit ſibi nata uoluptas:

Cæſar in arma furens.nullas niſi ſanguine fuſo S
Gaudet habere uias:quod nõ terat hoſte uacantes
Heſperiæ fines:uacuoſq; ĩrrumpat in agros:
Atq; ipſum non perdat iter.conſertaq; bellis
Bella gerat:non tam portas intrare patentes:
Quam fregiſſe iuuat:nec tam patiente colono
Arua premi.q̃ ſi ferro populent̃:& igni:
Conceſſa pudet ire uia.ciuẽq; uideri.

Cæſar in omnia preceps:
Nil actum credens:cũ quid ſupereſſet agendũ.

Ex.3.Li.Lucani.

Sedibus elyſiis campoq; expulſa piorum T
Ad ſtygias inquit tenebras:maneſq; nocentes

Poſt bellum ciuile trahor:

V Vſq; adeo ſollus ferrum:mortéq; timere
X Auri neſcit amor. ¶ Percũt diſcrimine nullo
Y Amiſſæ leges. ¶ Sed pars uiliſſima rerum
Certamen mouiſtis opes:
A Si cęlicolis furor arma dediſſet:
Aut ſi terrigenæ tentarẽt aſtra gigantes.
Non tñ auderet pietas humana:uel armis
Vel uotis prodeſſe ioui ſortiſq; deorum.
Ignarũ mortale genus. ¶ Per fulmina tñ
Sciret adhuc cœlo ſolum regnare tonantem.
B Quis enim læſos impune putaret
Eſſe deos: ſeruat multos fortuna nocentes:
Et tñ miſeris iraſci numina poſſunt.
C Creuit in aduerſis uirtus:
Ex.4.Li.Lucani
D Tum frigidus artus
Alligat:atq; animum ſubducto robore torpor.
E O prodiga rerum
Luxuries:nũq̃ paruo contenta paratu:
Et quæſitorũ terra:pelagoq; ciborũ
Ambitioſa fames:& lautæ gloria menſæ:
¶ Diſcite quã paruo liceat producere uitã:
Et quantũ natura petat:non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus cõſule bacchus.
Nõ auro:myrraq; bibunt.ſed gurgite puro
Vita redit:ſatis eſt populis fluuiuſq;:cereſq;.
F Variam ſemper dant otia mentem.

Ex.5.Li.Lucani.

Quis terram cœli patitꝰ deus.omnia curſus G
Aeterni ſecreta tenens:mũdiq; futuri
Conſcius:ac populis ſe ſe profere paratus:
O uitæ tuta facultas H
Paupis:anguſtiq; lares:o munera nõdum
Intellecta deum:quibus hoc contingere templis:
Aut muris potuit:nullo trepidare tumultu
Cæſarea pulſante manu:
Intrepidus q̃cũq; datis mihi numina mortẽ Accipiã I
Ex.6.Lib.Lucani.
At ſimul a prima deſcendit origine mũdi K
Cauſaꝶ ſeries:atq; omnia fata laborant:
Si quicq̃ mutare uelis:unoq; ſub ictu
Stat genus humanum:
Nequeũt animam ſibi reddere fata L
Conſumpto iam iure ſemel.
Ex.7.Li.Lucani.
Romani maximus auctor M
Tullius eloquii:cuius ſub iure togaq;
Pacificus ſęuus tremuit catelina ſecures.
Addidit inualidæ robur facundia cauſę.
Fortiſſimus ille eſt. N
Qui prontus metuẽda pati.ſi cominus inſtent:
Et differre poteſt:
Nec plura locutus. O
Impulit amentes:auriq;.cupidine cæcos
Ire ſuper gladios:ſuperq; cadauera patrũ:

Et cęſos calcare duces:

C ❡Inuenere qdē ſpoliato plurima mūdo
Belloꝝ in ſumptus cōgeſtæ pōdera maſſæ:
Sed nō impleuit cupiētes oīa mentes:
Quicqd fodit hiber:qcqd tagus extulit auri:
Q dq; legit diues ſummis armaſp⁹ harenis Vt rapiāt

P Omnes in cæſare manes
Hūc oēs gladii quos aut pharſalia uidit
Aut ultrix uiſura dies ſtringente ſenatu
Illa nocte ꝑmūt:hūc in fera mōſtra flagellāt.
Heu quantū miſero pęnæ mēs cōſcia donat.

Q Nil agis hac ira tabes ne cadauera ſoluat:
An rogus:haud referet:placido natura receptat
Cuncta ſinu:finēq; ſui ſibi corpora debēt.
Hos cæſar populos:ſi nūc nō uſſerit ignis
Vret cū terris:uret cū gurgite ponti.
Cōmunis mūdo ſupeſt rogus:oſſib⁹ aſtra Mixturus

R Capit oīa tellus
Quæ genuit cœlo tegit qui nō hēt urnā.

Ex Libro Lucani.8.

S Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.

T Mors ultima pęna eſt:
Nec metuēda,uiris:

V Si numina naſci
Credimus haud quēq̄ fas eſt cepiſſe deoꝝ:

X Ius & fas multos faciūt ptholomęe nocentes.
Dat pęnas laudata fides:quū ſuſtinet inqt
Quos fortuna ꝑmit:fatis accede:deiſq;:

Et cole fœlices:miſeros fuge:ſydera terra
Vt diſtāt:& flāma mari:ſic utile recto.
Sceptroꝶ uis tota pit:ſi pendere iuſta
Incipit.euertitq; arces:reſpectus honeſti.
Libertas ſceleꝶ eſt quæ regna inuiſa tuetur.
Exeat aula:
Qui uult eſſe pius:uirtus:& ſumma poteſtas
Nō coeūt:ſemp metuet:quē ſæua pudebūt:
Aduerſis nō deeſſe decet.❡Sed lęta ſecutos: A
Nulla fides unq̄ miſeros elegit amicos.
Pellęuſq; puer.gladio tibi colla recidit Magne tuo: B

Ex Libro Lucani.9.

At nō in pharia manes iacuere fauilla: C
Nec cinis exiguus tantam compeſcuit umbram:
Proſiluit buſto:ſemiuſtaq; membra relinquens:
Degenerēq; rogum:ſequit̄ cōuexa tonantis:
Qua niger aſtriferis cōnectitur axibus aer:
Quaq; patet terras inter luneq; meatus
Semidei manes habitant:quos ignea uirtus
Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit:& æternos animā collegit in orbes.
Non illuc auro poſiti:nec thure ſepulti D
Perueniunt.❡Illic poſtq̄ ſe lumine uero
Impleuit:ſtellaſq; uagas miratur.& aſtra
Fixa polis uidit quāta ſub nocte iaceret
Noſtra dies:riſitq; ſui ludibria trunci:
Clauſa fides miſeris. E
O quibus una ſalus placuit mea ſigna ſecutis F

Indomita ceruice mori:componite mentes
Ad magnũ uirtutis opus:ſũmoſq; labores.
Primus arenas
Ingrediar:primuſq; gradus in puluere ponam
Me calor æthereus feriat:mihi plena ueneno
Occurrat ſerpens:fatoq; pericula ueſtra
Prætentate meo:ſictiat quicũq; bibenté
Viderit:aut umbras nemorꝝ quicũq; petenté
Extuet:aut equité peditũ præcedere turmas
Deficiat ſi quo fuerit diſcrimine notũ
Dux an miles cã. ℂ Serpés:ſitis:ardor harenæ
Dulcia uirtuti. ℂ Gaudet patientia duris.
Lætius eſt quotiés magno ſibi cõſtat honeſtũ.
Sic ille pauentes
Incendit uirtute animos:& amore laboꝝ.
G Ille deo plenus tacita quẽ mente gerebat
Effudit dignas aditis e pectore uoces
Quid quæri labiene iubes? an liber in armis
Occubuiſſe uelim. potiusq̃ regna uidere?
An ſit uita nihil:ſi longa. an differat ætas?
An noceat uis ulla bonis? fortunaq; pdat
Oppoſita uirtute minas:laudãdaq; uelle
Sit ſatis? & nũq̃ ſucceſſu creſcat honeſtũ?
Scimus & hoc nobis nõ altius inſeret hamon:
ℂ Hoeremus cuncti ſuperis:temploq; tacente
H Nil facimus nõ ſpõte dei. ℂ Nec uocibus ullis
Numé eget:dixitq; ſemel naſcẽtibus auctor
Quicqd ſcire licet:ſteriles nec legit harenas

Vt caneret paucis:merſitq; hoc puluere uerũ:
Eſtq; dei ſedes ubi terra? & pontus? & aer? I
Et cœlum? & uirtus? ſupos qd quærimus ultra?
Iuppiter eſt quodcũq; uides.quocũq; moueris.
Sortilegis egeãt dubii:ſempq; futuris K
Caſibus ancipites:me nõ oracula certũ
Sed mors certa facit.pauido fortiq; cadendũ eſt.
Ipſe manu ſua pila gerit:pcedit haneli L
Militis ora pedes:monſtrat tolerare labores:
Non iubet:& nulla uehit̃ ceruice ſupinus
Carpẽtoq; ſedẽs:ſomni parciſſimus ipſe eſt.
Vltimus hauſtor aquę:cũ tandẽ fonte repto
Indiga cogat̃ latices potare iuuentus
Stat dum lixa bibat.
Cogit tantos tolerare labores
Sũma ducis uirtus:qui nuda fuſus harena
Excubuit.atq; omni fortunã prouocat hora
O ſacer:& magnus uatũ labor:oĩa fato M
Eripis:& populis donas mortalibus æuum:
Ex Libro Lucani.10.
Occurrit ſuprema dies:naturaq; ſolum N
Hũc potuit finẽ ueſano ponere regi.
Nulla fides pietaſq; uiris:qui caſtra ſequunt̃. O
Venaleſq; manus.ibi fas ubi maxima merces.
Ex Tragędiis Senecę.Ex pria:q̃ Hercules furẽs dr̃.flo.ele.
TVrbine magno ſpes ſollicitæ Chorus loq̃t P
Vrbibus errant:trepidiq; metus.
Ille ſuperbos aditus regum: Q

Duraſq; fores expers ſomni
Colit:ac nullo fine beatas
Componit opes:gazis inhians:
Et congeſto pauper in auro:
R Illum populi fauor attonitum:
Fluctuq; magis mobile uulgus
Aura tumidũ uoluit inani.
S Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia uendens improbus iras:
T Et uerba locat. ¶ Nouit paucos
Secura quies:qui uelocis
Memores æui:tempora nũq̃
Reditura tenent. ¶ Dum fata ſinunt
Viuite læti properat curſu
Vita citato:uolucriq; die:
Rota ꝓcipitis uertit anni:
Duræ peragunt penſa ſorores:
Nec ſua retro fila reuoluunt.
At genus hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta ſui
Stygias ultro quærimus undas.
V Certo ueniunt ordine parcæ.
Nulli iuſſo ceſſare licet.
Nulli ſcriptũ proferre diem.
Recipit populos urna citatos:
X Alium multis gloria terris
Tradat:& omnes fama per urbes
Garrula laudet:cœloq; parem

Tollat:& aſtris.
Alius curru ſublimis eat:
Me mea tellus lare ſecreto:
Tutoq; tegat.
Venit ad pigros cana ſenectus.
Humiliq; loco:ſed certa ſedet
Sordida paruæ fortuna domus
Alte uirtus animoſa cadit.

Megera Amphytrion Lycus.

O magne olympi rector:& mundi arbiter. Megæ. Y
Iam ſtatue tandẽ grauibus ærũnis modũ
Finẽq; cladi:nulla lux unq̃ mihi
Secura fulſit:finis alterius mali
Gradus eſt futuri:
Proſperum ac fœlix ſcelus A
Virtus uocatᷓ.¶ Sontibus parent boni.
¶Ius eſt in armis.opprimit leges timor.
Quod nimis miſeri uolunt Amphy. B
Hoc facile credunt.
Imo quod metuũt nimis. Megæ: C
Nũq̃ amoueri poſſe:nec tolli putant.
Prona eſt timori ſemper in peius fides. D
Iniqua raro maximis uirtutibus Amphy: E
Fortuna parcit:nemo ſe tuto diu
Periculis offerre tam crebris pōt:
Quẽ ſæpe tranſit caſus:aliquando inuenit.
Non uetera patriæ iura poſſideo domus. Lycus F
Ignauis hæres.nobiles nõ ſunt mihi

Aui:nec altis inclytum titulis genus:
G Sed clara uirtus. ¶ Qui genus iactat ſuũ
H Aliena laudat. ¶ Rapta:ſed trepida manu
Sceptra obtinent̃:oĩs in ferro eſt ſalus:
Quod ciuibus tenetur inuitis:ſcias
Strictus tuetur enſis.alieno in loco
Haud ſtabile regnũ eſt:
I Inuidia faſtũ:ac ſermo popularis p̃met:
K Ars prima regni eſt:poſſe inuidiã pati.
L Dñare tumidus:ſpũs altos gere: Megæ.
Sequit̃ ſupbos uictor a tergo deus.
M Cũ uictor arma poſuit:& uictũ decet Lycus
Deponere odia:
N Grauẽt cathenę corpus:& lõga famę Megæ.
Mors ꝑtrahat̃ lenta:nõ uincet fidẽ
Vis ulla nr̃am:moriar alcide tua.
O Ly. Cogere. Megæ.Cogi q̃ põt neſcit mori.
P Cur ergo regi ſeruit:& patit̃ iugũ? Lycus
Impia dura tolle:qd uirtus erit? Megæ.
Q Obici feris:mõſtriſq; uirtutẽ putas Lycus
Virtus eſt domare quæ cuncti pauẽt Megæ.
R Tenebrę loquẽtẽ magna tartareę p̃mũt Lycus
Non eſt ad aſtra mollis e terris uia. Megæ.
S Quẽcũq; miſeꝝ uideris hominẽ ſcias. Lycus
T Quẽcũq; fortẽ uideris:miſeꝝ neges. Amp.
V Fortẽ uocemus cuius ex humeris leo Lycus
Donũ puellæ factus:& claua excidit:
Fulſitq; pictum ueſte ſidonia latus?

Fortem uocemus cuius horrentes come
Maduere nardo:/ laude qui notas manus
Ad nō uirilem tympani mouit ſonū
Mitra ferocē barbara frontē pmens:/
Poſt multa uirtus opa:laxari ſolet. Amp. X
Qui morte cūctos luere ſuppliciū iubet Lycus Y
Neſcit tyrānus eſſe:diuerſa irroga:
Miſerū ueta perire.fœlicem iube.

Chorus

Immites potuit flectere cantibus A
Vmbraꝶ dominos:& pce ſupplici
Orpheus euridicē dū recipit ſuā:
Quæ ſiluas:& aues:ſaxaq; traxerat:
Ars quæ pbuerat fluminibus moras:
Ad cuius ſonitū cōſtiterāt feræ:
Mulcet nō ſolitis uocibus inferos:
Et ſurdis reſonat clarius in locis:
Deflent Euridicē threiciæ nurus.
Deflent & lachrymis difficiles dei:
Et qui fronte nimis crimina tetrica
Quærūt:ac ueteres excutiūt reos
Flentes Euridicē iuridici ſedent.
Tandē mortis ait uincimur arbiter
Euade ad ſupos:lege tamē data.
Tu poſt terga tui perge uiri comes.
Tu nō ante tuā reſpice cōiugem:
Quā cū clara deos obtulerit dies:
Spartaniq; aderit ianua tænari.

❡Odit uerus amor:nec patitur moras
Munus dum properat cernere:perdidit.
Amphytrion.Hercules.Theſeus.
B Votũ ſecũdet q̄ põt noſtrũ deus: Amphy.
Rebuſq; laſſis adſit:
C Quod fuit durũ pati
Meminiſſe dulce eſt.
D Spartana tellus:nobile attolit iugũ The.
Denſis ubi æquor tænarus ſiluis ꝑmit.
Hic ora ſoluit ditis inuiſi domus:
Hiatq; rupes alta:& ĩmenſo ſpecu
Ingens uorago faucibus uaſtis patet:
Latũq; pandit omnibus populis iter.
Hinc ampla uacuis ſpacia laxant̃ locis
In quæ omne merſum ꝑeat humanũ genus
Nec ire labor eſt ipſa deducit uia.
Vt ſæpe puppes æſtus inuitas rapit:
E Sic pronus aer urget.❡ Atq; auidũ chaos:
Gradũq; retro flectere:haud nũq̄ ſinunt
F Vmbræ tenaces.❡Intus ĩmenſo ſinu
Placido quieta labitur lęthe uado
Demitq; curas
G Iners ſenectus adiuuat baculo gradũ.
H Rerũq; mœſtus finis & mũdi ultima
Immotus aer hæret:& pigro ſedet
Nox atra mũdo:cuncta mœrore horrida:
Ipſaq; morte:peior eſt mortis locus.
I Vera ne eſt fama inferis Amphy.

Tam fera reddi iura:& oblitos ſui
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
Quis iſte ueri rector:atq; æqui arbiter?
Nō unus alta ſede quęſitor ſedēs The. K
Iudicia trepidis fera ſortitur reis
Auditur illo Gnoſius Minos foro
Radamanthus illo:thetidis hoc audit ſocer.
Quod quiſq; fecit patitur.auctorem ſcelus L
Repetit:ſuoq; premit᷑ exemplo nocens.
Vidi cruentos carcere includi duces: M
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni.❡Quiſquis eſt placide potēs: N
Dominuſq; uitæ:ſeruat īnocuas manus:
Et incruentū mitis imperiū regit:
Animoq; parcit:longa permenſus diu
Fœlicis æui ſpacia:uel cœlū petit:
Vel læta fœlix nemoris elyſii loca
Iudex futurus.❡Sanguine humano abſtine: O
Quicūq; regnas:ſcelera taxant᷑ modo
Maiore noſtra.
Certus incluſos tenet P
Locus nocentes:utq; fert fama impios
Supplicia uinculis ſæua perpetuis domant.
Rapitur uolucri tortus Ixion rota. Q
❡Ceruice ſaxum grande Syſiphea ſedet.
❡In amne medio faucibus ſiccis ſenex
Sectat᷑ undas:abluit mentū latex:
Fidemq;cū iam ſæpe decepto dedit.

Perit unda in ore.poma deſtituũt famē
¶ Præbet uolucri Tycius æternas dapes:
¶ Vrnaſq; fruſtra danaides plenas ferunt:
Errant furentes impię cadmeides:
Terretq; mēſas auida phineas auis.

Chorus.

R Qualis eſt nobis animus remota
Luce:cũ mœſtus ſibi quiſq; ſenſit
Obrutam tota caput eſſe terra.
Stat Chaos denſum:tenebræq; turpes:
Et color noctis malus:& ſilentis
Ocium mundi:uacuæq; nubes:
Sera nos illo referat ſenectus.
S Nemo ad id ſero uenit unde nũq̄
Cum ſemel uenit potuit reuerti.
T Quid iuuat durũ properare fatum?
Omnis hæc magnis uaga turba terris
Ibit ad manes:facietq; inerti
V Vella cocyto.¶Tibi creſcit omne:
Et quod occaſus uidet:& quod ortus.
Parce uenturis:tibi mors paramur
Sis licet ſegnis properamus ipſi:
Prima quæ uitam dedit hora carpſit.

Her.The.Amp.Megæ.

X Victima haud ulla amplior — Her.
Põt:magiſq; optima mactari ioui:
Quam rex iniquus.
A Detur aliquãdo ocium — Amp.

Quieſq; feſſis.

Lugeat æther: magnuſq; parens — Chorus — B
Aetheris alti: telluſq; ferax:
Et uaga ponti mobilis unda:
Tuq; ante omnes: qui per terras:
Tractuſq; maris fundis radios:
Noctemq; fugas ore decoro
Feruide titan:
Tuq; o domitor — C
Somne malorum: requies animi
Pars humanæ melior uitæ.
Volucer matris genus aſtreæ:
Frater duræ languide mortis.
Veris miſcens falſa: futuri
Certus: & idem peſſimus auctor.
Pelle inſanos — D
Fluctus animi: redeat pietas
Virtuſq; uiro:
Solus te iam præſtare poteſt — E
Furor inſontem: proxima puris
Sors eſt manibus neſcire nefas:
Pectora tantis obſeſſa malis — F
Non ſunt ictu ferięda leui.

Her. Amp. The.

Sæpe uindicta obfuit: — Amp. — G
Quiſq̃ ne ſegnis tanta tolerauit mala? — Her. — H
Maiora quiſquis timuit: — Amp.
Quis nomen unq̃ ſceleris errori dedit? — The. — I

Sępe error ingẽs ſceleris obtinuit locũ. Her.

Ex Tragędia Senecę.2.q̃ Thyeſtes dr̃.

K Exceptus gladio paruulus impio Chor⁹
Dũ currit patriũ natus ad oſculum
Immatura focis uictima concidit:
Diuiſuſq; tua eſt Tantale dextera:
Menſas ut ſtrueres hoſpitibus deiis.
Hos æterna fames perſequit̃ cibos:
Os æterna ſitit: nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior.

Atreus. Seruus.

L Quos cogit metus Ser.
Laudare eoſdem reddit inimicos metus.
M At qui fauoris gloriam ueri petit
Animo laudari magiſq̃ uoce uolet
N Laus uera humili ſępe contingit uiro
O Rex uelit honeſta: nemo nõ eadem uolet.
P Vbi non eſt pudor:
Nec cura iuris: ſanctitas: pietas: fides
Inſtabile regnũ eſt.
Q Iam tẽpus illi fecit erumnas leues:
R Erras malorũ ſenſus accreſcit die. Atre.
Leue eſt miſerias ferre: pferre eſt graue.
S Peiora iuuenes facile præcepta audiunt. Ser.
T Sæpe in magiſtrũ ſcelera redierunt ſua.
V Vt nemo doceat fraudis: & ſceleris uiã Atre.
Regnum docebit.
A Tacita tam rudibus fides Ser.

Non eſt in annis:detegent forſan dolos
Multa ſed trepidus ſolet B
Detegere uultus:magna nolentem quoq;
Conſilia produ͂t:

Chorus.

Quis uos exagitat furor C
Alternis dare ſanguinem:
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi arcium.
Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes:
Non ueſtis tyriæ color:
Non frontis nota regiæ:
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qui poſuit metus:
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens:
Et nu͂q̄ ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet:
Qui tuto poſitus loco
Infra ſe uidet omnia:
Occurritq; ſuo libe͂s
Fato:nec queritur mori?
¶ Mens regnum bona poſſidet:
¶ Rex eſt qui metuit nihil.
Hoc regnum quiſq; ſibi dat.
Stet quicu͂q; uolet potens D
Aulæ culmine lubrico.

Me dulcis ſaturet quies
Obſcuro poſitus loco.
Leui perfruar ocio
Nullis nota quiritibus:
Aetas per tacitum fluat:
Sic cum tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies
Plebeius moriar ſenex.
E Ille mors grauis incubat:
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur ſibi.
Thyeſtes. Phyſteneus filius.
F Non capit regnum duos. Thy. loqẽ.
G Mihi crede falſis magna noíbus placent.
Dum excelſus ſteti
Nũq̃ pauere deſtiti: atq; ipſum mei
Ferrum timere lateris. ℭ O quantum bonũ eſt
Obſtare nulli carpere ſecuras dapes.
Humi iacentem ſcelera non intrant caſam:
Tutuſq; menſa capitur anguſta cibus.
ℭ Venenum in auro bibitur: expertus loquor
Malam bonæ præferre fortunam licet.
Tuta ſine telo eſt domus:
Rebuſq; paruis alta præſtatur quies.
H Nec abnuendũ ſi dat imperiũ deus: Phy.
Nec appetendũ: frater ut regnes rogat.
I Amat Thyſtem frater: æthereas prius Thy.
Perfundet arctos pontus: & ſiculi rapax

Conſiſtet æſtus unda & ionio ſeges
Matura pelago ſurget:& lucem dabit
Nox atra terris:ante cum flãmis aquæ:
Cum morte uita:cum mari uentus fidem:
Fœduſq; iungent:
Serũ eſt cauendi tẽpus in mediis malis Phy:	K

Chorus.

Nulla uis maior pietate uera eſt.	L
Nulla ſors longa eſt:dolor:ac uoluptas	M
Inuicem cædunt:breuior uoluptas
Ima permutat breuis hora ſummis.
Ille qui donat diadema fronti:	N
Quem genu noſſæ tremuere gentes:
Cuius ad nutum poſuere bella
Mædus:& phœbi propioris indus:
Et dacæ parthis equitem minanti.
Anxius ſceptrum tenet:& mouentes
Cuncta diuitias:metuitq; caſus
Mobiles rerum:dubiumq; tempus.
Vos quibus rector maris:atq; terræ	O
Ius dedit magnum necis atq; uitæ:
Ponite inflatos:tumidoſq; uultus:
Quicquid a uobis minor extimeſcit
Maior hoc uobis dominus minatur.
Omne ſub regno grauiore regnum eſt:
Quem dies uidit ueniens ſuperbum:
Hunc dies uidit fugiẽs iacentem.
Nemo cõfidat nimium ſecundis.	P

Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hęc illis.prohibetq; clotho
Stare fortunam.rotat omne fatum.
Q Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum:ut poſſet ſibi polliceri
R Res deus noſtras celeri citatas
Turbine uerſat.

Chorus.

S In nos ætas ultima uenit
O nos dura ſorte creatos.

Thyeſtes.

A Pectora longis hebetata malis
Iam ſollicitas ponite curas.
Fugiat mœror:fugiatq; pauor.
Fugiat trepidi comes exilii:
Triſtis egeſtas:rebuſq; grauis
Pudor afflictis:magis unde cadas
Quã quo refert.magnũ ex alto
Culmine lapſum:ſtabilem in plano
Figere greſſum:magnum ingenti
Strage malorum præſſum.fracti
Pondera regni:non inflexa
Ceruice pati:neq; degenerem:
Victumq; malis:rectum impoſitas
Ferre ruinas.ſed iam ſæui
Nubila facti pelle:ac miſeri
Temporis omnes dimitte moras.
Redeant uultus ad læta boni.

Veterem ex animo mitte Thyeſtem.
Proprium hoc miſeros ſequitur uitium B
Nunq̃ rebus credere lætis:
Redeat fœlix fortuna licet
Tamen afflictos gaudere piget.
Mittit luctus ſigna futuri C
Mens ante ſui præſaga mali.

Ex Trage.3.q̃ Thebais dr̃.Oedipus.Antigonę ei⁹ filia.

SEd flecte mentē:pectus antiquū aduoca: Anti. D
Victaſq; magno pectore erumnas doma:
Reſiſte:tantis in malis uinci malum eſt:
Vbiq; mors eſt:optime hoc cauit deus Oedi. E
Eripere uitam nemo non homini poteſt:
At nemo mortem:mille ad hanc aditus patent.
Pauca o parens magnanime miſeranda p̃cor Anti. F
Vt uerba nate mente placata audias.
Non te ut reducam ueteris ad ſpecimē domus:
Habitūq; regni flore pollenti inclyti
Peto at ut iras tempore:aut ipſa mora
Fractas:remiſſo pectore:ac placido feras:
Et hoc decebat roboris tāti uirum
Non eſſe ſub dolore:nec uictum malis
Dare terga:nec eſt ut putas uirtus pater
Timere uitam.ſed malis ingentibus
Obſtare:nec ſe uertere:ac retro dare.
Qui fata proculcauit:ac uitæ bona G
Proiecit:atq; abſcidit:& caſus ſuos
Onerauit:ipſi:ceu uideo:nullo eſt opus

Quare ipſe morté cupiat:aut quare petat.
H Vtrūq; timidi eſt uelle.℃ Cōtēpſit mori
I Qui nō cōcupiſcit.℃ Cuius haud ultra mala
Exire poſſunt:loco in tuto eſt ſitus.
Iocaſta.Polynices filius.
K Quotiēs neceſſe ē fallere:aut falli a ſuis Ioca.
Patiare potius ipſe:q̄ facias ſcelus.
L Pone ueſanos p̄cor
Animi tumores.teq; pietati refer.
M In ſeruitutē cadere de regno graue eſt. Poly.
N Melius exiliū eſt tibi Ioca.
Quā reditus iſte.crimine alieno exulas
Tuo redibis:
O Regna cū ſcelere:omnibus
P Sunt exiliis grauiora.℃ Nūc belli mala
Propone.dubias martis incerti uices.
Licet omne tecū regie robur trahas.
Licet arma longe miles ac late explicet.
Fortuna belli ſemp ancipiti in loco eſt.
Q Pœnas equidē ſoluet graues
Po. Regnabit. Ioca. Eſt hæc pœna
A Regnare nō uult:eſſe qui inuiſus timet Poly.
Simul iſta mūdi cōditor poſuit deus.
Odiū:atq; regnum:
B Qui uult amari languida regnet manu.
C Inuiſa nūq̄ impia retinent diu Ioca.
Ex.4.Trag.q̄ Hippolyt⁹ nūcupat̄ Phędra.Nutrix.
D NOn me qes nocturna:nō altus ſopor Phę.

Soluere curis:alitur:& creſcit malū:
Et ardet intus:qualis æthneus uapor
Exundat antro:palladis tela uacat:
Et inter ipſas penſa labunt̄ manus.
Quiſqs in primo obſtitit: Nut. E
Reppulitq; amorē:tutus:ac uictor fuit:
Qui blandiendo dulce nutriuit malū F
Sero recuſat ferre:quod ſubiit iugum.
Obſtare primū eſt uelle:nec labi uia. G
Pudor eſt ſecūdus:noſſe peccādi modū.
Tutū eſſe facinus credis & uacuū metu. Erras H
¶Credamus tamen.
Aſtu doloq; tegere nos tm̄ nefas.
Quid ille rebus lumē infundēs ſuū
Matris parens?quid ille qui mundū quatit
Vibrās coruſca fulmen æthnæū manu
Sator deoꝝ?Credis hoc poſſe effici
Inter uidentes omnia ut lateas?
Quid pœna p̄ſens conſcię mentis pauor: I
Animuſq; culpa plenus:& ſemet timens
Scelus aliquā tutū:nulla ſecurū tulit.
¶ Compeſce amoris impii flāmas p̄cor.
Quæ memoras ſcio Phę. K
Vera eſſe nutrix:ſed furor cogit ſequi
Peiora.uadit animus in p̄ceps ſciens:
Remeatq; fruſtra ſanā cōſilia appetēs.
Sic cū grauatā nauita aduerſa ratem
Propellit unda:cædit in uanū labor:

Et uicta prono puppis aufert uado.
Quod ratio poſcit:uincit ac regnat furor:
Potēſq; tota mēte dn̄at deus.
L Deū eē amorē turpi ſeruitio fauēs Nut.
Finxit libido:quoq̄ liberior foret
Titulū furori numinis falſi addidit.
Natū p oēs ſcilicet terras uagū
Erycina mittit:ille uolās p cœlū
Proterua tenera tela mollit manu
Regnūq; tm̄ minimus in ſupis habet.
C Vana iſta demēs animus aſciuit ſibi.
Venerisq; numē finxit:atq; arcus dei.
M Quiſqs ſecūdis reb⁹ exultat minis:
Fluitq; luxu ſemp inſolita appetēs:
Tūc illū magnæ dira fortunæ comes
Subit libido:nō placēt ſuetæ dapes.
Nō tecta ſani moris:aut uilis cib⁹.
Cur in penates rarius tenues ſubit
Hæc delicatas eligēs peſtis domos:
Cur ſancta paruis habitat in tectis uenus?
Mediūq; ſanos uulgus affectus tenet?
Et ſe cohercet modico?Cōtra diuites:
Regnoq; fulti plura q̄ fas eſt petūt.
Quod nō pōt uult poſſe qui nimiū pōt.
N Non unq̄ amplius Phę.
Cōuexa tetigit ſupa:qui merſus ſemel
Adiit ſilentē nocte ppetua domū.
O Præcor furorē ſiſte:teq; ipſam adiuua: Nu.

℄ Pars ſanitatis uelle ſanari fuit.

Chorus

Iſte laſciuus puer acre nitens: P
Tela q̃ certo iaculatur arcu.
Labitur totas furor in medullas
Igne furtiuo populante uenas.
Nõ hẽt latã data plaga frontẽ:
Sed uorat tectas penitus medullas.
Nulla pax iſti puero per orbem
Spargit effuſas agilis ſagittas.
Natus Alcmena poſuit ſagittas. Q
Et minax uaſti ſpoliũ leonis:
Paſſus aptari digitis ſmaragdos:
Et dari legem rudibus capillis:
Crura diſtincto religauit auro:
Luteo plantas cohibente ſocco:
Et manu clauã modo qua gerebat
Fila deduxit properante fuſo.
Nihil ĩmune eſt.odiũq; perit R
Cum iuſſit amor:ueteres cędũt
Ignibus iræ.℄ Quid plura canã? S
Vincit ſæuas cura nouercas.

Phędra.Nutrix.Hippolytus.

Torret̃ ęſtu tacito.& incluſus quoq; **Nu.** T
Quãuis tegat̃.pdit̃ uultu furor
Erũpit oculis ignis:& laſſę genę
Lucẽ recuſant:nil idẽ dubię placet
Artuſq; uariæ iactat incertus dolor

Nunc ut ſoluto labitur moriens gradu
Et uix labante ſuſtinet collo caput
Nunc ſe quieti reddit:& ſomni imemor
Noctem querellis ducit:attolli iubet
Iterũq; poni corpus & ſolui comas
Rurſuſq; fingi ſemp impatiẽs ſui
Mutatᷓ habitus.nulla iã cereris ſubit
Cura:aut ſalutis:uadit incerto pede
Iam uiribus defecta:nõ idẽ uigor
Nõ ora tingẽs nitida purpureus rubor
Populatᷓ artus cura:iã greſſus tremũt
Tenerq; nitidi corporis cecidit decor:
Et qui tenebãt ſigna phœbeę facis
Oculi nihil gentile & patriũ micãt
Lachrymæ cadũt p ora:& aſſiduo genæ
Rore rigantᷓ.qualiter tauri iugis
Tepido madeſcũt imbre ꝑfuſę niues.
V Sepone q̃ſtus.nõ leuat miſeros dolor.

Nutrix.Hippolytus.

A Haud eſt facile mãdatũ ſcelus Nu.
B Adire.¶ Verũ iuſta qui reges timet
Deponat:omne pellat ex aĩo decus.
Malus eſt miniſter regii impii pudor:
C Q uẽ fata cogũt:hic qdẽ uiuat miſer:
At ſi qs ultro ſe malis offert uolens:
Seq; ipſe torquet:pdere eſt dignus bona
Q ui neſcit uti:
D Aetate fruere.mobili curſu fugit.

Optimos uite dies
Effluere ꝓhibe. ℭ Propria deſcribit deus
Officia. & æuũ p ſuos ducit gradus.
Lętícia iuuenẽ frons decet triſtis ſenẽ.
Prouidit ille maximus mũdi parẽs E
Cũ tã rapaces cerneret fati minas:
Vt dãna ſemp ſobole repararet noua:
Quã uaria lœti genera mortalẽ trahũt: F
Carpũtq; turbã: pontus: & ferrũ: & doli.
Non alia magis eſt libera: & uitio carẽs: Hipp. G
Ritusq; melius uita: quæ priſcos colat:
Quã quæ relictis mœnibus ſiluas amat.
Nõ illũ auaræ mẽtis inflãmat furor:
Qui ſe dicauit montiũ inſontẽ iugis:
Nõ aura populi: & uulgus infidũ bonis:
Nõ peſtilẽs inuidia: nõ fragilis fauor
Nõ ille regno ſeruit: ac regno inuidet:
Vanos honores ſequit᷑: aut fluxas opes:
Spei metuſq; liber: haud illũ niger:
Edaxq; liuor: dente degeneri petit:
Nec ſcelera populos: atq; inter urbes ſita
Nouit: nec oẽs cõſcius ſtrepitus pauet:
ℭ Regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe: ſollicito bibũt
Auro ſupbi: quã iuuat nuda manu
Captaſſe fontẽ: celerius ſomnus ꝑmit
Securo dura mẽbra uerſant᷑ thoro.
Hoc equidẽ reor H

Vixiſſe ritu:prima quos miſtos deis
Profudit ætas:nullus his auri fuit
Cæcus cupido nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter populis lapis
Nondũ ſecabant credulæ pontũ rates.
I Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps:quæq; ſuccẽſas agit
Libido mentes:uenit impii ſitis
Cruenta:facinus:p̃da maiori minor:
Pro iure:uires eſſe.
℃Inuenit artes bellicus mauors nouas:
Et mille formas mortis:hinc terras cruor
Infecit omnes fuſus:& rubuit mare.
Tum ſcelera dempto fine p cunctas domos
Iere.nullũ caruit exemplo nefas.
A fratre frater dextera nati parens
Cecidit:maritus coniugis ferro iacet:
Perimũtq; fœtus impiæ matres ſuos.
Taceo nouercas.mitius nil eſt feris.
K Sed dux maloꝝ fœmina.& ſcelerũ artifex
Obſedit animos:cuius inceſte ſtupris
Fumãt tot urbes:bella tot gentes gerunt:
Et uerſa ab imo regna tot populos premũt.
℃Sileant aliæ ſola coniunx ægei
Medea reddet fœminas dirũ genus.
L Cur omniũ ſit culpa paucaꝝ ſcelus? Nut.
M Deteſtor oẽs:horreo:fugio:execror Hipp.
Sit ratio ſit natura:ſit durus furor.

Odiſſe placuit:ignibus iunges aquas:
Et amica ratibus ante promittet uada
Incerta ſyrtis:ante ab extremo ſinu
Heſperiæ thetis lucidum attollet diem:
Et ora damis blanda præbebunt lupi:
Quam uictus animum fœminæ mitem geram.
Sæpe obſtinatis induit frenos amor: Nut. N
Et odia mutat:

Phędra.Hipp.Nutrix:

Aude animæ.tenta.perage mandatum tuum Phæ. O
Intrepida conſtent uerba.¶Qui timide rogat.
Docet negare.
Non me per altas ire ſi iubeas niues P
Pigeat gelatis ingredi pindi iugis.
Non ſi per ignes ire:& infeſta agmina
Cunter paratis enſibus pectus dare.
Regni tenacis dn̄s:& tacite ſtygis Q
Nullam relictos fecit ad ſuperos uiam.
Ambigua uoce uerba perplexa iacis Hip. R
Effare aperte.
Pectus inſanum uapor: Phæ. S
Amorq; torret:intima ſęuus uorat
Penitus medullas:atq; per uenas meat
Viſceribus ignis merſus & uenis latens:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
Dephenſa culpa eſt.anime quid ſegnis ſtupes Nut. T
Regeramus ipſi crimen atq; ultro impiam
Venerem arguamus:ſcelere uelandum eſt ſcelus:

Tutiſſimũ eſt inferre cũ timeas gradum.

V Recipe iam ſenſus hera

Q uid te ipſã laceras aſpectũ oĩum fugis?

Mens impudicam facere:non caſus ſolet.

Chorus.

X Anceps forma bonum mortalibus

Exigui donum breue temporis.

Vt uelox celeri pede laberis.

Non ſic uere nouo prata decentia

Aeſtatis calide diſpoliat uapor

Seuiit ſolſticio cum medius dies

Sed noctem breuibus ꝑcipitat rotis.

Langueſcunt folio lilia pallido:

Et gratæ capiti deficiunt roſæ.

Vt fulgor teneris:qui radiat genis

Momento rapitur:nullaq; non dies

Formoſi ſpolium corporis abſtulit.

Y Res ẽ forma fugax.¶Q uis ſapiẽs bono

Z Confidat fragili?¶Dum licet utere

Tempus:ſed tacitum ſubruit:horaq;

Semper:præterita deterior ſubit.

A Raris forma uiris(ſæcula proſpice)

Imputa fuit:

B Q uid ſinat inauſum fœminæ ꝑceps furor?

Nefanda iuueni crimina inſonti parat:

In ſcelere quærit crine lacerato fidem:

Decus oẽ turbat capitis humectat genas

Inſtruitur omnis fraude fœminea dolus.

Thæſeus.Phedra.

Alium ſilere quod uoles prius ſile Phę. C

Redit ad auctores genus: Thę. D

Stirpemq́ primam degener ſanguis refert.

O tetrum genus E

Non ulla uinctum lege melioris ſoli.

Feræ quoq́ ipſe:ueneris cuitant nefas:

Generiſq́ leges inſcius ſeruat pudor.

Vbi uultus ille:& ficta maieſtas uiri:

Atq́ habitus horrẽs:priſca:& antiqua appetẽs:

Morumq́ ſenium triſte:& aſpectu graue:

O uita fallax abditos ſenſus geris

Animiſq́ pulchram turbidis faciem induis.

Pudor impudentem celat:audacẽ quies:

Pietas nefandum:uera fallaces probant:

Simulantq́ molles dura:

Chorus.

O magna parẽs natura deum: G

Tuq́ igniferi rector olympi:

Qui ſparſa cito ſydera mundo:

Curſuſq́ uagos rapis aſtrorum:

Celeriq́ polos cardine uerſas.

Cur tibi tanta eſt cura perennes

Agitare uias ætheris alti:

Vt nunc canæ frigora brumæ

Nudent ſiluas:

Nunc arbuſtis redeant umbræ:

Nunc æſtiui colla leonis

Cererem magno fer uore coquant:
Vireſq; ſuas temperet annus?
¶ Sed cur idem qui tanta regis
Sub quo uaſti pondera mundi
Librata ſuos ducunt orbes
Hominum nimium ades ſecurus:
Non ſollicitus prodeſſe bonis.
Nocuiſſe malis.
H Res humanas ordine nullo
Fortuna regit:ſpargitq; manu
Munera cęca peiora fouens.
I Vincit ſanctos dira libido.
K Fraus ſublimi regnat in aula.
L Tradere turpi faſces populus
Gaudet:eoſdem colit:atq; odit.
M Triſtis uultus peruerſa tulit
Pręmia recti:caſtos ſequitur
Mala paupertas:uitioq; potens
Regnat adulter.

Nuncius. Theſeus

N O nimium potens. Thæ.loqt
Q uāto parentes ſanguinis uinculo tenes
Natura:quam te colimus inuiti.quoq;?
Occidere uolui noxium:amiſſum fleo.

Chorus.

O Q uanti caſus humana rotant.
Minor in paruis fortuna furit:
Leuiuſq; ferit leuiora deus:

Seruat placidos obſcura quies:
Præbetq; ſomnos caſa ſecuros: K
Admota ætheris culmina ſedibus:
Duros excipiunt notos:
Inſani boreæ minas:
Imbriferumq; corum:
Raros patitur fulminis ictus
Humida uallis.
Tremuit telo iouis altiſoni
Caucaſus ingens phrygiumq; nemus:
Matris cybeles metuens cœlo
Iuppiter alto uicina petit.
Non capit unq̃ magnos motus
Humilis tecti plebeia domus.
Circa regna tonat.
Volat ambiguis mobilis alis P
Hora. ¶ Nec ulli præſtat uelox
Fortuna fidem.

Ex.5.Sen.Tragæ.q̃ Oedibus dr̃.Oedipus.Iocaſta.

QVisq̃ ne regno gaudet? o fallax bonum Oedi. Q
Quantũ malorum q̃ fronte blanda tegis?
Vt alta uentos ſemper excipiunt iuga:
Rupemq; ſaxis uaſta dirimentem freta:
Quãuis quieti uerberant fluctus maris.
Imperia ſic excelſa fortunæ ſubiacent.
Nullus eſt miſeris pudor R
Quid iuuat cõiunx mala Ioca. S
Grauare quæſtu? regiũ hoc ipſum reor

Aduerſa capere:quoq; dubius magis
Status:& cadentis imperii moles labat.
Hoc ſtare certo pſſius fortem gradu
Haud eſt uirile terga fortunæ dare.

Chorus.

T Labimur ſæuo rapiente fato
Ducitur ſemper noua pompa morti.
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœſti.

V An æger animus falſa p ueris uidet?

Oedipus.Creon.

X Dubiã ſalutem qui dat afflictis negat. Oedi.

Oedipus.Tireſias.Manto.

Y Solent extrema ſecuros facere mala. Oedi.

Oedipus.Creon.

Z Iners malo remediũ ignorantia eſt. Oedi.
A Vbi turpis eſt medicina ſanari pudet. Cre.
B Certiſſima eſt regnare cupienti uia
Laudare modica. Oedi.
C Ab inquieto ſæpe ſimulatur quies.
D Aditũ nocendi perfido pſtat dies.
E Res ſecundæ non habent unq modum.
F Dubia pro certis ſolent timere reges.
G Qui pauit uanos metus ueros fatetur. Cre.
H Quiſquis in culpa fuit
Dimiſſus:omne odit:quod dubiũ putat. Oedi.
Sic odia fiunt. Cre.
I Odia qui nimium timet Oedi.

Regnare neſcit:regna cuſt odit metus
Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit Cre. K
Timet timentes metus in auctorem redit.

Senex.Cretenſis.Oedibus.

Prima langueſcit ſenum. Sen. L
Memoria:longo laſſa ſublabens ſitu.

Phorbas.Senex.Oedipus.

Effare dubitas? cur genas mutat color? Oedi. M
¶ Quid uerba quæris? ueritas odit moras.
Fatere:ne te cogat ad uerum dolor N
Prohibet fides. Sen.

Chorus.

Fata ſi liceat mihi. O
Fingere arbitrio meo
Temperem zephyro leui
Vela.ne præſſæ graui
Spiritu:antennæ tremant
Lænæ:ſed modicũ fluens
Aura:nec urgẽs latus
Ducat intrepidam ratẽ.
Tuta me media uehat
Vita decurrens uia.
Gnoſium regem timens
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis
Certat:& ueras aues
Vincere:& falſis nimis
Imperat pennis puer

Nomen eripuit freto:
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter
Nube ſub media ſtetit
Alitem ſpectans ſuam.
❡ Quicquid exceſſit modum
Pendet inſtabili loco.

Chorus.

P Fatis agimur.credite fatis.
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi.
Quicquid patimur mortale genus.
Quicquid facimus uenit ex alto:
Seruatq; ſua decreta colus
Lacheſis dura reuoluta manu.
Omnia ſecto tramite uadunt:
Primuſq; dies dedit extremum.
Non illa deo uertiſſe licet:
Quæ nexa ſuis currunt cauſis.
It cuiq; ratus prece non ulla
Mobilis ordo:multis ipſum
Timuiſſe nocet:multi ad fatum
Venere ſuum:dum fata timent.

Ex.6.Sen.Tragæ.q̃ Troas dr̃.

Q Quicu͂q; regno fidit:& magna potẽs Hecu.loq̃
Dominat̃ aula:nec leues metuit deos:
Animumq; rebus credulum lętis dedit
Me uideat:& te troia:nõ unq̃ tulit

Documenta fors maiora q̃ fragili loco
Starent ſuperbi:columen euerſum cecidit
Pollentis aſiæ:cœlitum egregius labor.
Ille tot regum parens R
Caret ſepulchro priamus.& flāma indiget
Ardente troia:
Chorus mulieꝝ Hecuba.
Nulla dies Cho. S
Merore caret:ſed noua fletus
Cauſa miniſtrat:
Fœlix priamus Hec: T
Dicite cunctæ.liber manes
Vadit ad imos:nec feret unq̃
Victa graium ceruice iugum.
Fœlix priamus dicimus omnes Cho.
Secum excedens ſua regna tulit.
Nunc elyſii nemoris tutus
Errat in umbris:interq; pias
Fœlix animas:hectora quærit.
Pyrrhus.Agamēnon.Calchas
Iuuenile uitiū eſt regere nō poſſe impetū: Aga: V
Noſcere hoc primum decet X
Quid facere uictor debeat uictus pati.
Violenta nemo imperia continuit diu. Y
Moderata durant.¶Quoq; fortuna altius A
Euexit ac leuauit humanas opes
Hoc ſe magis ſupprimere fœlicem decet:
Varioſq; caſus tremere:metuentē deos

Nimium fauentes:magna momento obrui
Vincendo didici:

B Q ui nõ uetat peccare:cũ poſſit:iubet.

C O tumide regũ dũ ſecundaꝝ ſtatus Pyrrh.
Extollit animos.

D Eſt regis alti ſpiritũ regi dare.

E Cur dextra regi ſpiritũ eripuit tua? Agam.
Mortẽ miſericors ſępe pro uita dabit. Pyrrh.

F Pręferre patriã liberis regẽ decet. Agam.

G Q uodcũqꝫ libuit:facere uictori licet. Pyrrh.

Minimũ decet libere:cui multũ licet. Agam.

Chorus.

H Q uicquid ſol oriens:quicquid & occidens
Nouit:ceruleis oceanus fretis:
Q uicquid uel ueniens:uel fugiens leuat
Aetas pegaſeo corripiet gradu.

I Hæc omnes petimus fata. Nec amplius
Iuratos ſuperis:qui tetigit lacus
Vſq̃ eſt:ut callidis fumus ab ignibus
Vaneſcit:ſpatiũqꝫ breue ſordibus.
Vt nubes grauidas:quas modo uidimus
Arcthoi boreæ diſſipat impetus.
Sic hic quo regimur ſpiritus effluet
Poſt mortẽ nihil eſt ipſaqꝫ mors nihil:
Velocis ſpacii meta nouiſſima:
Spem ponant audi.ſolliciti metum.
Q uæris quo iaceas poſt obitum loco?
Q uo non nata iacent.

Tempus nos auidum deuorat:& chaos
Mors indiuidua eſt:noxia corpori
Nec parcens animę.℄Tenara:& aſpero K
Regnum ſub domino:limen:& obſidens
Cuſtos:non facili cerberus hoſtio
Rumores uacui:uerbaq; inania:
Et par ſollicito fabula ſomnio.

Andromacha.Senex.Vlixes.

Miſerrimũ eſt timere:cũ ſpes nihil. And. L
Victor feroces impetus primos habet. Sen. M
Leuius ſolet timere:qui ꝓprius timet. And. N
Simulata remoue uerba:nõ facile eſt tibi. Vlix. O
Decipere ulixem:
Magnifica uerba mors prope admota excutit
Coacta dices ſponte:quod fari abnuis P
Si uis ulixe cogere andromachẽ metũ And. Q
Vitam minare:iam mori uotũ eſt mihi.
Verberibus.igne:morte:cruciatu eloqui Vlix. R
Quodcũq; celas adiget inuitã dolor
E pectore imo condita archana eruet.
Neceſſitas plus poſſe:q̃ pietas ſolet.
Veritas nũq̃ latet. S
Dediſcit animus ſero:quod didicit diu. And. T
Pedibus admoueor tuis V
Miſerere matris.& p̃ces placidus pias:
Patienſq; recipe:quo q̃ te celſum altius
Superi leuarũt mitius lapſos preme.

Vlixes.Andromache.Aſtianax.

X Si pœna petit̃:quæ peti grauior pōt̃ And.loqt̃
Famulare collo nobili ſubeat iugum
Y Arbitrio tuo Vlix.
Implere lachrymis.fletus erumnas leuat.
Helena.Andro.Hecuba.
Z Quid iuſſa ceſſas agere:ad auctores redit Hele:
Sceleris coacti culpa:
A Durum:inuiſum:graue eſt
Seruitia ferre:
B Dulce merenti populus dolentum. Chorus.
Dulce lamentis reſonare gentes.
Lentius luctus:lachrymæq; mordent:
Turba quas fletu ſimili frequentat
Ferre quā ſortem patiuntur omnes
Nemo recuſat.
C Nemo ſe credit miſeꝝ:licet ſit.
Tolle fœlices:remoueto multo
Diuites auro:remoueto centum
Rura qui ſcindat opulenta bobus:
Pauperi ſurgent animi iacentes.
Eſt miſer nemo niſi comparatus.
D Aequior caſum tulit:& procellas
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui uidet:
Ex.7.Senecę Trag.q̃ Medea nūcupat̃.
Medea.Nutrix.
E IRa quæ tegitur nocet Nut.loqt̃
Profeſſa perdunt odia uindictæ locum.

Leuis eſt dolor:qui capere cōſiliū pōt: Med. F
Et elepere ſe ſe.❡Magna non latitant mala. G
Fortuna fortes metuit:ignauos p̄mit. H
Nunc eſt ꝓbanda:ſi locū uirtus habet. Nut. I
Nūq̄ pōt nō eſſe uirtuti locus. Me.
Spes nulla rebus mōſtrat afflictis uiā. Nut. K
Qui nil pōt ſperare.deſperet nihil. Me. L
Cōpeſce uerba:parce iā demēs minis: Nut. M
Animoſq; minue.tēpori aptari decet.
Fortuna opes auferre.nō animū pōt. Me. N

Creon.Medea.

Aequū atq; iniquū regis impiū feras. Cre. O
Iniqua nūq̄ regna ꝑpetuo manēt. Me. P
Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera Q
Aequū licet ſtatuerit:haud æquus eſt.
Difficile q̄ ſit animū ab ira flectere R
Iam cōcitatū:quāq; regale hoc caput
Sceptris ſupbas quiſqs admouit manus
Qua cœpit ire regia didici mea.
Rapida fortuna:ac leuis: S
Præcepſq; regno eripuit:& exilio dedit.
Confide regnis:cū leuis magnas opes
Huc ferat:& illuc caſus.❡Hoc reges habēt T
Magnificū:& ingēs:nulla quod rapiet dies
Prodeſſe miſeris.ſupplices fido lare Protegere.
Nullū ad nocendū tēpus anguſtū eſt malis. Cre. V

Chorus.

Audax nimiū:qui freta primus X

Rate tã fragili pfida rupit:
Terraſq; ſuas poſt terga uidens
Animã leuibus credidit auris:
Dubiaq; ſecans equora curſu
Potuit tenui fidere ligno.
Inter uitæ:mortiſq; uias
Nimium gracili limite ducto.

Nutrix.Medea.

Y Amor timere neminẽ uerus poteſt. Me.
Z Nemo potentes aggredi tutus poteſt. Nut.

Iaſon.Medea.

A Grauis ira regum eſt ſemp. Iaſ.
B Suſpecta ne ſint longa colloquia amputa.

Chorus.

C Nulla uis flãmæ:tumidiq; uenti
Tanta:nec teli metuenda torti
Quãta cũ cõiunx uiduata tædis
Ardet:& odit:
D Cœcus eſt ignis ſtimulatus ira:
Nec tegi curat:patitur ue frẹnos:
Haud timet mortẽ.cupit ire in ipſos
Obuius enſes.

Ex.8.SenecæTrag.q̃ Agamẽnon dr̃.

E REgnoꝝ magnis fallax Chorus.
Fortuna bonis:in p̃cipiti:
Dubioq; nimis excelſa loco:
Nũq̃ placidã ſceptra quietem:
Certũ ue ſui tenuere diem:

Alia ex aliis cura fatigat:
Vexatq; animnos noua tẽpeſtas.
Non ſic libycis ſyrtibus æquor
Furit alternos uoluere fluctus.
Vt p̄cipites regum caſus
Fortuna rotat. Metui cupiũt:
Metuiq; timẽt: nõ nox illis
Alma receſſus p̄bet tutos:
Non curaꝝ ſomnus domitor
Pectora ſoluit.
Quas nõ arces ſcelus alternũ
Dedit in p̄ceps? Impia quas nõ F
Arma fatigant? ¶ Iura: pudoq;: G
Et cõiugii ſancta fides
Fugiunt alas:
Sequitur triſtis H
Sanguinolenta bellona manu:
Quæq; ſup̄nos urit erinis
Tumidas ſemp̄ comitata domos:
Quas in planũ qualibet hora
Tulit ex alto: licet arma uacẽt:
Ceſſentq; doli: ſidũt in ipſo
Pondere regna: ceditq; oneri
Fortuna ſuo.
Vela ſecundis inflata notis
Ventos nimiũ timuere ſuos.
Nubibus ipſis inſerta caput
Turris pluuio uapulat auſtro:

Denſaſq; nemus ſpargens umbras
Annoſa uidet robora frangi
Feriunt celſos fulmina colles:
Corpora morbis maiora patent.
I Quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat:
Modicis rebus longius æuum eſt.
K Fœlix mediæ quiſquis turbæ
Partem quietus aura ſtringit
Littora tuta:timiduſq; mari
Credere cymbam:remo terras
Propiore legit.
Clytæmneſtra. Nutrix.
L Periere mores ius:decus:pietas fides: Cly.
Et qui redire neſcit cum perit pudor.
M Quid tacita uerſas? Nut.
Licet ipſa ſileas.totus in uultu eſt dolor.
N Proinde quicquid eſt:da ſpacium ac tẽpus tibi.
Quod ratio nequit:ſæpe ſanauit mora.
O Quod metuit auget:qui ſcelere ſcelus obruit.
P Capienda rebus in malis p̄ceps uia eſt. Cly.
Egyſtus. Clytæmneſtra.
Q Nam ſera nũq̄ eſt ad bonos mores uia. Cly.
R Quem pœnitet peccaſſe pene eſt innocens.
S Proſpera animos efferũt. Egy.
T Nec regna ſocium ferræ:nec tædæ ſciunt.
V Det ille ueniam facile cui uenia eſt opus. Cly.
X Quid honeſta ꝓdeſt uita flagitio carens Egy.

Vbi dñs odit? Fit nocens: non quæritur.
Eurybates. Clytęmneſtra.
Exprome. clades ſcire qui refugit ſuas Cly. Y
Grauat timorẽ. dubia plus torquent mala.
Omniſq; nimiũ longa ꝓperanti mora eſt. Eury. Z
Chorus. Caſſandra.
Qui uultus acheruntis atri: Cho. A
Qui ſtygia triſtem non triſtis uidet:
Audetq; uitæ ponere finem
Par ille regi: par ſuperis erit.
Ꞇ O q̃ miſerum eſt neſcire mori.
Lachrymas lachrymis miſcere iuuat. B
Ꞇ Magis exurunt: quos ſecrete lacerant curæ.
Miſeris colendos maxime ſuperos reor. C
Tot illa regum mater: & regimẽ phrygum Caſſ. D
Fecunda in ignes hecuba: fatoꝝ nouas
Experta leges: induit uultus feros
Circa ruinas rabida latrauit ſuas.
Strophylus. Electra.
Fidẽ ſecũda poſcũt: aduerſa exigũt. Stro. E
Ex. 9. Senecę Trag. q̃ Octauia uocat. Octauia. Nutrix.
IVuenilis ardor impetu primo furit Nut. loqt̃ F
Langueſcit idem facile: nec durat diu
In uenere turpi: ceu leuis flãme uapor.
Ꞇ Amor perẽnis coniugis caſte manet.
Chorus Romanoꝝ.
Vera prioꝝ uirtus quondam G
Romana fuit: uerũq; genus

Martis in illis ſanguiſq; uiris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos:ultiq; tuos
Sunt bene manes uirgo dextra
Cæſa parentis:ne ſeruitium
Pateretur graue & improba ferret
Præmia uitrix dira libido.
¶Te quoq; bellũ triſte ſequutũ eſt
Mactata tua miſeranda manu
Nata lucreti.ſtuprum ſæui
Paſſa tyrãni.¶Dedit infandi
Sceleris pœnas cum tarquinio
Tullia coniunx:quæ per cæſi
Membra parentis egit ſæuos
Impia currus:laceroq; ſeni
Violenta rogos nata negauit.

Seneca.

H Quid me potẽs fortuna fallaci mihi
Blandita uultu:ſorte cõtentũ mea
Alte extuliſti:grauius ut ruerem:edita
Receptus arce:totq; proſpicerẽ metus?
I Melius latebam procul:ab inuidię malis
Remotus:inter coriſci rupes maris:
Vbi liber animus:& ſui iuris mihi
Semper uacabat ſtudia recolenti mea.
K O quã iuuabat:quo nihil maius parens
Natura genuit:operis immenſi artifex
Cœlum intueri:ſolis & currus ſacros:

Mūdiq; motus:ſolis alternas uices:
Orbēq; phębes:aſtra quē cingūt uaga:
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
ℭ Qui ſe ſe neſcit tantus in cæcum chaos
Caſurus iterum.ℭ Nunc adeſt mūdo dies L
Supremus ille:qui pmat genus impiū
Cœli ruina.ℭ Rurſus ut ſtirpem nouam
Generet renaſcēs melior.ut quondā tulit
Iuuenis:tenente regna ſaturno poli.
Tunc illa uirgo numinis magni dea.
Iuſtitia cœlo miſſa cum ſancta fide
Terra regebat mitis humanū genus.
Non bella norant:non tubę fremitus truces.
Non arma gentes cingere aſſuerant:ſuas
Muris:nec urbes:puium cunctis iter
Cōmunis uſus omnium rerum fuit.
Et ipſa tellus lęta fecūdos ſinus
Pandebat ultro:tam piis fœlix parens:
Et tuta alumnis.
Sed in parentis uiſcera intrauit ſuæ M
Deterior ætas.eruit ferrū graue
Aurūq;:ſæuas mox:& armauit manus
Partita fines:regna conſtituit:nouas
Extruxit urbes:tecta defendit ſuis
Aliena telis:aut petit:pde iminēs.
ℭ Neglecta terras fugit:& mores feros
Hominum cruenta cęde pollutas manus
Aſtrea uirgo:ſyderum magnū decus.

Cupido belli creuit atq; auri fames.
Totũ per orbẽ maximũ exortũ eſt malũ.
Luxuria peſtis blanda: cui uires dedit:
Roburq; longũ tẽpus: atq; error grauis.
Collecta uitia per tot ætates diu.
In nos redũdant: ſęculo ꝑmimur graui
Quo ſcelera regnant: ſæuit ĩpietas furẽs
Turpis libido dominatur potens uenere
Luxuria uictrix orbis: ĩmenſas opes
Iam pridẽ auaris manib⁹: ut ꝑdat: rapit.

Nero. Seneca.

N Iuſtũ eſſe facile eſt: cui uacat pectus metu. Ne.
O Magnũ timoris remediũ clementia eſt. Se.
P Extinguere hoſtẽ: maxĩa ẽ uirtus ducis. Ne.
℄ Seruare duces maior eſt patriæ patri. Se.
Q Præcipere mitẽ cõuenit pueris ſenẽ. Ne.
℄ Regendã magis eſt feruida adoleſcentia. Se.
R Fortuna noſtra cuncta ꝑmittit mihi. Ne.
℄ Crede obſequenti parcius: læuis eſt dea. Se.
A Inertis eſt neſcire quod liceat ſibi. Ne.
℄ Id facere laus eſt. qđ decet: nõ qđ licet. Se.
B Calcat iacentem uulgus. Ne.
℄ Inuiſum opprimit. Se.
C Ferrum tuetur principem. Ne.
℄ Melius fides. Se.
D Decet timeri Cæſarem. Ne.
℄ At plus diligi. Se.
E Metuant neceſſe eſt. Ne.

℄ Quicquid exprimitur:graue eſt. Se.
Iuſſiſq; noſtris pareant. Ne. F
℄ Iuſta impera. Se. G
Quicquid excelſum eſt cadat. Ne. H
Pulchrum eminere eſt inter illuſtres uiros. Se.
℄ Conſulere patriæ:parcere afflictis.fera.
Cæde abſtinere: tempus atq; iræ dare:
Orbi quietem.ſæculo pacem ſuo.
Hæc ſumma uirtus.Petitur hac cœlum uia:
℄ Sic illæ patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt:colitur & templis deus.
Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides. I
Probitas:fideſq; coniugis:mores:pudor. K
Placeant marito.℄Sola perpetuo manent
Subiecta nulli:mentis:atq; animi bona.
Florem decoris ſinguli carpunt dies. L
Volucrem eſſe amorem fingit imitem deum M
Mortalis error:armat & telis manus:
Arcuſq; ſacros inſtruit ſæua face:
Genitūq; credit uenere:uulcano ſatum.
Vis magna mentis:blandus atq; animi calor N
Amor eſt.℄ Iuuenta gignitur luxu.otio
Nutritur inter lęta fortunæ bona.
℄ Quæ ſi fouere:aut alere deſiſtas cadit:
Breuiq; uires perdit extinctus ſuas.
Agrippina loquitur.
Licet extruat marmoribus:atq; auro tegat O
Superbus aulam:limē armate ducis

Setuent cohortes:& licet mittat imenſas opes
Exhauſtus orbis:ſupplices dextram petant
Parthi cruentam:regna diuitias ferant.
Veniet dies:tempuſq; quod reddat ſuis
Animam nocentem ſceleribus:iugulum hoſtibus.
Deſertus:& diſtrictus:& cunctis egens.

Octauia.Chorus.

P Parcite lachrymis:urbis feſto Octa.
Letoq; die:
Non hoc primum
Pectora uulnus mea ſenſerunt
Grauiora tuli:

Nutrix.Popea.

Q Tandem quietē magnus excuſſit timor: Po.
Quatit ora:& artus horridus nr̄os tremor:
Pulſatq; pectus continet uocem timor.
R Quæcūq; mētis agitat infeſtus uigor: Nu.
Ea per quietem ſacer:& archanus refert:
Veloxq; ſenſus:

Præſes.Nero.

S Mulier dedit natura cui pronū malo Ne
Animū:ad nocendū pectus inſtruxit dolis:
Sed uim negauit:ut ne inexpugnabilis
Eſſet:ſed ægras frāgeret uires timor: Vel pœna.

Chorus.Octauia.

T O funeſtus multis populi: Chorus
Diruſq; fauor:qui cum flatu
Vela ſecundo ratis impleuit:

Vexitq; procul:languidus idem
Deſerit alto:ſæuoq; mari.
Bene paupertas V
Humili tecto cōtecta latet.
Quatiunt alta ſæpe procellæ:
Aut euertit fortuna domos.
Regitur fatis mortale genus: X
Nec ſibi quiſquā ſpondere poteſt
Firmum:& ſtabile:perq; caſus
Voluitur uarios ſemper nobis
Metuenda dies:

Ex.10.Senecę Trag.q̄ Hercules œteus dr̄.

PAr ille eſt ſupis:cui pariter dies: Chorus Y
Et fortuna fuit.¶Mortis habet uices Z
Lente cum trahitur uita gementibus.
Nūq̄ eſt ille miſer:cui facile eſt mori. A

Chorus.

Patiens quiſquis nouit famulum: B
Regemq; pati:pepulit uires
Vultuſq; ſuos uariare poteſt:
Ponduſq; malū:caſus animo:
Qui tulit æquo.

Nutrix.Deyanira.

O quā cruentus fœminas ſtimulauit dolor: Nu. C
Cum patuit una pellici:& nupte domus
Scylla & caribdis ſicula cōtorquens freta
Minus eſt timenda.nulla non melior fera eſt.
Illicita amantur.excidit quicquid licet: D

E Vt alta ſiluas forma uernantes alit: Dey.
Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:
At cum ſolutos extulit boreas notos:
Et ſæua totas bruma decuſſit comas:
Deforme ſolis aſpicis truncis nemus.
Sic noſtra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid ſemper:& fulget minus:
Maliſq; minus eſt,quicquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit:& partu labat:
Materq; multum rapuit ex illo mihi
Aetas citato ſenior eripuit gradu:
F Cœleſtis ira quos p̄mit miſeros facit
Humana nullos.
G Sed te per omne cęlitum numen p̄cor:
Per hunc timorem:quicquid archani apparo
Penitus recondas:& fide tacita p̄mas.
¶Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem Nut.
Si ſcelere careat:interim ſcelus eſt fides.

Chorus.

H Nam rara fides:ubi iam melior
Fortuna ruit.
I Tu quicũq; es qui ſceptra tenes
Licet omne tua uulgus in aula
Centum pariter limina pulſet
Cum tot populis:ſtipatus eas:
Cum tot populis uix una fides.
Tenet auratum limẽ herinis:
Et cum magne patuere fores

Intrant fraude:cautiq; doli:
Ferrumq; latens:cũq; in populos
Prodire parant:comes inuidia eſt
Noctem quotiẽs ſummouet eous
Regem totiens credite naſci.
Pauci reges non regna colunt K
Plures fulgor conuocat aulæ:
Cupit hic:regi proximus ipſi:
Claruſq; latas ire per urbes
Vrit miſerum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famẽ: L
Nec tamen omnis plaga gẽmiferi
Sufficit hiſtri:nec tota ſitim
Lidia uincit:neq; zephiro
Subdita tellus:ſtupet aurato
Flumine clarum radiare tagum:
Nec ſi totus ſeruiat hebrus:
Ruraq; diues cingat hydaſpes:
Intraq; ſuos currere fines
Spectent toto flumine gangem.
Auidis auidis natura parum eſt.
Colit hic reges:calcet ut omnes: M
Perdatq; alios:nullumq; leuet
Tantum ut noceat cupit eſſe potens.
Quota pars moritur tempore fati? N
Quos fœlices cinthia uidit:
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt fœlix:idẽq; ſenex.

O Ceſpes tyrio molior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos
Aurea rumpunt tecta quietem:
Vigileſq; trahit purpura noctes.
O ſi pateāt pectora ditum
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus: Brutia coro
Pulſante fretum: mitior unda eſt.
Pectora pauper ſecura gerit
Tenet e patula pocula fago:
Sed nō trepida tenet ipſa: manu
Carpit faciles: uileſq; cibos:
Sed nō ſtrictos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.
P Nec ſibi fœlix pauper habetur
Niſi fœlices cecidiſſe uidet.
Q Quiſquis mediū defugit iter
Stabili nūq̄ tramite curret.
Dum petit unum ꝓbere diem:
Patrioſq; puer concitat axes:
Nec per ſolitum percurrit iter:
Sed phœbeis: ignota ſecat
Sydera flāmis errante rota
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli cum peregerat iter
Tenuit latias dedalus oras:
Nulliq; dedit nomina ponto.
Sed dum uolucres uincere ueras

Icarus audet:patriaſq; puer.
Deſpicit alas:phœboq; uolat
Proximus ipſi:dedit ignoto
Nomina ponto.
Licet ipſa neges
Vultus loquitur quodcūq; negas:
Deyanira.Chorus. K
Vagos per artus errat excuſſos tremor Dey: S
Erectus horret crinis.impulſis adhuc
Stat tremor animis.& cor attonitum ſalit:
Pauidumq; trepidis palpitat uenis iecur.
Simul profecto p̄mere fœlices deus A
Cum cœpit urget:hos habent magna exitus.
Hyllus.Deyanira.Nutrix.
Haud eſt nocēs:qcūq; nō ſpōte eſt nocēs: Nu: B
Chorus.
Verum eſt quod cecinit ſacer C
Tangens thraitiam chelim
Orpheus calliope genus
Aeternum fieri nihil.
Tunc ſolamina cantibus D
Querens flebilibus modis
Hoc orpheus cecinit gethicis
Leges in ſuperos datas:
Et qui tempora digerens
Quattuor:præcipitis deus
Anni:diſpoſuit uices
Nulli non auidas polo

Parcas ſtamina nectere:

E Iam iam legibus obrutis
Mundo cum ueniet dies
Auſtralis polus corruet.
Quicquid per libyam iacet:
Et ſpartus garamas tenet.
Arthous polus obruet:
Quicquid ſubiacet axibus:
Et ſiccus boreas ferit.
Auulſum trepidus polo
Titam excutiet diem.
Cœli regia concidet:
Certos atq; obitus trahet:
Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua:& chaos:
Et mors fata nouiſſima
In ſe conſtituet ſibi.

Chorus.

F Sed locum uirtus habet inter aſtra.
G Vere dum flores uenient tepenti:
Et comã ſyluis hyemes recident
Vel comã ſyluis reuocabit æſtas:
Pomaq; autũno fugiente cadent:
Nulla te terris rapiet uetuſtas.
Tu comes phœbo:comes ibis aſtris.
Ante naſcetur ſeges in profundo:
Vel fretum dulci reſonabit unda.
Ante diſcedet glacialis urſę

Sydus:& ponto uetito fruetur:
Quã tuas laudes populi quieſcant.
Alcmena.Phylotetes.
Quis memor uiuet tui. Alc. H
O nate populus?omnẽ nã ingratũ eſt genus.
Non eſt gemẽdus:nec graui urgẽdus nece Phy. I
Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.
Aeterna uirtus herculem fleri uetat.
Fortes uetat merere:degeneres iubet.
Hercules.Alcmena.
Quid me tenentẽ regna ſyderei poli. Her. K
Cœloq; tandem redditum planctu iubes
Sentire fatum?Parce.Nam uirtus mihi
In aſtra:& ipſos fecit ad ſuperos iter.
Virtus in aſtra tendit:in mortem timor.
Miſera mens incredula eſt. Alc. L
Chorus.
Nũq̃ ſtygias fertur ad umbras M
Inclyta uirtus:uiuite fortes:
Nec lætheos ſæua per amnes
Vos fata trahent.ſed cũ ſummas
Exiget horas conſumpta dies
Iter ad ſuperos gloria pandet./
Ex Libris Boetii De phiſa cõſolatõe.Ex metro.1.flores ele.
ECce mihi laceræ dictant ſcribenda camenæ: N
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has ſaltem nullus potuit peruincere terror:
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.

O Venit enim properata malis inopina ſenectus:
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur uertice cani:
Et tremit effœto corpore laxa cutis:
P Mors hominum fœlix:quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit:& meſtis ſæpe uocata uenit.
Q Heu:heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure:
Et flentes oculos claudere ſæua negat:
R Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret
Pene caput triſtis merſerat ora meũ.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum
S Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me fœlicem totiens iactaſtis amici?
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.

Ex Metro.2.Libri primi.

T Heu q̃ præcipiti merſa profundo
Mens hebet:& propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens flatibus acta
Creſcit in ĩmenſum noxia cura:
Hic quondam cœlo liber aperto
Suetus in æthereos ire meatus
Cernebat roſei lumina ſolis
Viſebat gelidæ ſydera lunæ:
Et quæcũq; uagos ſtella recurſus:
Exercet uarios flexa per orbes
Comprenſam numeris uictor habebat.
Quis dedit ut pleno fertilis anno

Autūnus grauidis influat uuis
Rimari ſolitus:atq; latentis
Naturæ uarias reddere cauſas.
Nunc iacet effœto lumine mentis:
Et preſſus grauibus colla cathenis:
Decliuēq; gerens pondere uultum
Cogitur heu ſtolidam creuere terram.

Ex Metro.4.Libri primi.

Quiſquis compoſito ſerenus æuo V
Fatum ſub pedibus egit ſuperbum:
Fortunāq; tuens utrāq; rectus
Inuictum potuit tenere uultum.
Non illum rabies:minæq; ponti
Verſum funditus excitantis æſtum:
Nec ruptis quotiens uagus caminis
Torquet fumificos ueſeuus ignes.
Haud celſas ſoliti ferire turres
Ardentis uia fulminis mouebit.
At quiſquis trepidus pauet:uel optat X
Quod non ſit ſtabilis:ſuiq; iuris
Abiecit clypeum:locoq; motus
Nectit.qua ualeat trahi cathenā.

Ex Metro.5.Libri primi.

O Stelliferi conditor orbis: Y
Qui perpetuo nixus ſolio
Rapido cœlum turbine uerſas:
Legemq; pati ſydera cogis.
Tu frondifluę frigore brumæ

Stringis lucem breuiore mora.
Tu cum̃ feruida uenerit eſtas
Agiles noctis diuidis horas.
Tua uis uarium temperat annum
Vt quas boree ſpiritus aufert
Reuehat mitis zephyrus frondes
Quæq; arcturus ſemina uidit
Sirius altas urat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum
Linquit proprie ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans
Hominum ſolos reſpuis actus:
Merito Rector cohibere modo
Nam cur tantas lubrica uerſat
Fortuna uices? p̃mit inſontes
Debita ſcęleri noxia pœna.
¶ At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio: ſanctaq; calcant
Iniuſta uice colla nocentes.
Latet obſcuris condita uirtus
Clara tenebris: iuſtuſq; tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipſis
Fraus mendacii compta colore.
Sed cum libuit uiribus uti:
Quos ĩnumeri metuũt populi
Summos gaudent ſubdere reges.

O iam miſeras reſpice terras

Quiſquis rerum fœdera nectis
Operis tanti pars non uilis
Homines quatimur fortunæ ſalo
Rapidos rector comprime fluctus:
Et quo cœlum regis imenſum
Firma ſtabiles fœdere terras.

Metrum.6.Libri primi.

Cum phœbi radiis graue
Cancri ſydus ineſtuat. A
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit
Eluſus cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Nunquã purpureum nemus
Lecturus uiolas petas
Cum ſæuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Vernos ſtringere palmites
Vuis ſi libeat frui
Autũno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis B
Aptans officiis deus.
Nec quas ipſe coercuit
Miſceri patitur uices:
¶ Sic quod præcipiti uia
Certum deſerit ordinem

Lętos non habet exitus.

Metrũ.7.Libri.1.

C Nubibus atris
Condita nullũ
Fũdere poſſunt
Sydera lumẽ.
Si mare uoluẽs
Turbidus auſter
Miſceat eſtum:
Vitrea dudũ
Parq; ſerenis
Vnda diebus
Mox reſoluto
Sordida ceno
Viſibus obſtat.
Quiq; uagatur
Montibus altis
Defluus amnis
Sæpe reſiſtit
Rupe ſoluti
Obice ſaxi:
Tu quoq; ſi uis
Lumine claro
Cernere uerum:
Tramite recto
Carpere callem.
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spẽq; fugato.
Nec dolor aſſit.
Nubila mens eſt:
Vinctaq; frenis.
Hæc ubi regnant.

Ex.2.Boetii.Lib.Metrũ primũ.

D Haec cum ſuperba uerterit uices dextra
Et eſtuantis more fertur eurupi
Dudum tremendos ſæua proterit reges:
Humilemq; uicti ſubleuat fallax uultum.
Non illa miſeros audit:haud curat fletus:
Vltroq; gemitus:dura quos fecit:ridet.
Sic illa ludit:ſic uires probat ſuas:
Magnũq; ſuis monſtrat oſtentum:ſi quis
Viſatur una ſtratus:ac fœlix hora.

Metrũ.2.Libri.2.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uerſat harenas:
Aut quot ſtelliferis edita noctibus.
Cœlo ſydera fulgent:
Tantas fundat opes:nec retrahat manũ
Pleno copia cornu:
Humanũ miſeras haud ideo genus
Ceſſat flere quęrelas.
Quãuis uota libens excipiat deus
Multi prodigus auri:
Et claris auidos ornet honoribus:
Nil iam parta uidentur:
Sed quæſita uorans ſæua rapacitas
Alios pandit hiatus:
Quæ iam præcipitem frena cupidinẽ
Certo fine retentent?
Largis cũ potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi:
Nũq̃ diues agit:qui trepidus gemens
Se ſe credit egentem.

E

Metrũ.3.Libri.2.

Cum polo phœbus roſeis quadrigis
Lucem ſpargere cœperit.
Pallet albentes hebetata uultus
Flammis ſtella præmentibus.
Cum nemus flatu zephyri tepenti:
Vernis irrubuit roſis

F

Spiret inſanum nebuloſus auſter
Iam ſpinis abeat decus:
Sæpe tranquillo radiat ſereno
Immotis mare fluctibus.
Sæpe feruentes aquillo procellas
Verſo concitat equore.
Rara ſi conſtat ſua forma mundo
Si tantas uariat uices
Crede fortunis hominum caducis
Bonis crede fugacibus.
Conſtat æterna poſitumq; lege
Vt conſtet genitum nihil.

Metrũ.4.Li.2.

G Quiſquis uolet perẽnem
Cautus ponere ſedem.
Stabiliſq; nec ſonori
Sterni flatibus euri:
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pontum
Montis cacumen alti.
Bibulas uitet harenas:
Illud proteruus auſter
Totis uiribus urget:
Hæ pendulum ſolutæ
Pondus ferre recuſant.
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amenæ
Humili domum memento

Certus figere ſaxo.
Q uãuis tenet ruinis
Miſcens equora uentus.
Tu conditus quieti
Fœlix robore ualli
Duces ſerenus æuum
Ridens ætheris iras.

Ex Metro.5.Li.2.

Fœlix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis:
Nec inherti perdita luxu
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande
Somnos dabat herba ſalubres:
Potum quoq; lubricus amnis,
Vmbras altiſſima pinus:
Nõdum maris alta ſecabat.
Nec mercibus undiq; lectis
Noua littora uiderat hoſpes;
Odiis neq; fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arua;
Q uid enim furor hoſticus ulla
Vellet prior arma mouere?
Cum uulnera ſæua uiderent
Nec p̃mia ſanguinis ulla.
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos;
Sed ſæuior ignibus ethnæ H I

Feruens armor ardet habendi.

Metrũ.6.Lib.2.

K Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata patribuſq; ceſis
Fratre qui quondã ferus interempto
Matris effuſo maduit cruore
Corpus & uiſu gelidum pererrãs
Ora non tinxit lachrymis ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.
¶ Hic tamen ſceptro populos regebat
Quos uidet condens radios ſub undas
Phœbus extremo ueniens ab ortu:
Quos ꝑmunt ſeptem gelidi triones:
Quos notus ſicco uiolentus eſtu
Torret ardentes recoquens harenas
Celſa nũ tandem ualuit poteſtas
Vertere praui rabiem neronis?
Heu grauem ſortem quotiens iniquus
Additur ſeuo gladius ueneno.

Metrũ.7.2.Libri.

L Quicũq; ſolam mente præcipiti petit:
Summũq; credit gloriam
Latæ patentis ætheris cernat plagas:
Arctumq; terrarum ſitum
Breuem replere non ualentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
¶ Quid o ſuperi colla mortali iugo
Fruſtra leuare geſtiunt?

Licet remotos ſama per populos means
Diffuſa linguas explicet:
Et magna titulis fulgeat claris domus.
Mors ſpernit altam gloriam
Inuoluit humile pariter & celſum caput:
Aequatq; ſummis infima.
Vbi nunc fidelis oſſa fabricii manent?
Quid brutus:aut rigidus cato?
Signat ſuperſtes fama tenuis:pauculis
Inane nomen litteris.
Sed q decora nouimus uocabula
Num ſcire conſumptos datur?
Iacetis ergo prorſus ignorabiles:
Nec fama notos efficit.
Quod ſi putatis longius uitam trahi
Mortalis aura nominis
Cum ſera uobis rapiet hoc etiam dies
Iam uos ſecunda mors manet.

Quod mūdus ſtabili fide Met.8.Li.2. M
Concordes uariat uices:
Quod pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent:
Quod phœbus roſeum diem
Curru prouehit aureo:
Vt quas duxerit heſperus
Phœbe noctibus imperet.
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coerceat.

Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit
Pulchra dies roſeos agit equos:
Tu quoq; falſa tuens bona prius:
Incipe colla iugo retrahere
Vera dehinc animum ſubierint.

Ex Metro.2.Lib.3.

Repetunt proprios quæq; recurſus: T
Redituq; ſuo ſingula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo:
Niſi quod fini iunxerit ortum:
Stabilemq; ſui fecerit orbem.

Metrũ.3.Lib.3.

Quãuis fluente diues auri gurgite V
Non expleturas cogat auarus opes:
Ornetq; baccis colla rubri littoris:
Ruraq; centeno ſcindat opima boue:
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem:
Defunctumq; leues non comitantur opes.

Metrũ.5.Li.3.

Qui ſe uolet eſſe potentem X
Animos domet ille feroces.
Nec uicta libidine colla
Fœdis ſummittat habenis:
Etenim licet indica longe
Tellus tua iura tremiſcat.
Et ſeruiat ultima thyle.
Tamen atras pellere curas:

Miſeraſq; fugare quærelas
Non poſſe:potentia non eſt.

Metrũ.6.Li.3.

Y Omne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt:
Vnus qui cuncta miniſtrat.
Ille dedit phœbo radios
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam terris
Dedit:& ſydera cœlo.
¶ Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos:
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germẽ.
¶ Quid genus & proauos ſtrepitis
Si primordia ueſtra
Auctoremq; deum ſpectes:
Nullus degener extat.
Ni uitiis peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

Metrũ.7..Lib.3.

A Habet hoc uoluptas omnis
Stimulis agit furentes
Apiumq; par uolantum.
Vbi grata mella fuderit
Fugit:& nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Ex Metro.8.Lib.3.

Heu:heu quæ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia.
Non aurum in uiridi quæritis arbore.
Nec uite gēmas carpitis.
Non altis laqueos montibus abditis
Vt piſce ditetis dapes.
Nec uobis capreas ſi libeat ſequi
Tyrrhena captatis uada.
Sed quo nā lateat q cupiunt bonum
Neſcire cæci ſuſtinent:
Et quod ſtelliferum tranſabiit polum
Tellure demerſi petunt.
Quid dignum ſtolidis mentibus imp̄cer
Opes:honores ambiant:
Et cum falſa graui mole parauerint
Tum uera cognoſcant bona.

Metrū.9.Lib.3.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum:cœliq; ſator:qui tempus ab æuo
Ire iubes.ſtabiliſq; manens das cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus:uerum inſita ſummi
Forma boni:liuore carens.¶Tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens:ſimiliq; ab ymagine formans:
¶ Perfectaſq; iubes perfectum abſoluere partes.
Tu numeris elementa ligas:ut frigora flammis

Arida conueniant liquidis:ne purior ignis
Euolet:aut merſas deducatur pondera terras.
F Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Cõnectens animã per cõſona membra reſoluis:
Quæ cũ ſecta duos motũ glomerauit in orbes
In ſe met reditura meat:mentẽq; profundam
Circuit:& ſimili cõuertit imagine cœlum.
G Tu cauſis animas paribus:uitaſq; minores
Prouehis:& leuibus ſublimes curribus aptans
In cœlum:terrãq; ſeris quas lege benigna
Ad te conuerſas reduci facis igne reuerti.
H Da pater auguſtam menti cõſcendere ſedem.
Da fontem luſtrare boni:da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere uiſus
Diſſice terrenæ nebulas & pondera mollis:
Atq; tuo ſplendore mica.tu nãq; ſerenũ.
I Tu requies tranquilla piis.¶Te cernere finis.
Principiũ:uector:dux:ſemita:terminus idem.

Metrũ.10.Lib.3.

K Huc omnes pariter uenite capti:
Quos fallax ligat improbis cathenis
Terenas habitans libido mentes.
Hic uobis requies erit laborum.
Hic portus placida manens quiete.
Hoc unum miſeris patens aſyllum:
L Non quicquid tagus aureis arenis
Donat:aut hermus rutilante ripa:
Aut indus calido ꝓpinquus orbi

Candidis miſcens uirides lapillos
Illuſtrant aciem:magiſq; cæcos
In ſuas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet:excitatq; mentes M
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur uigetq; cœlum
Vitat obſcuras animæ ruinas
Hanc quiſquis poterit notare lucem N
Candidos phœbi radios negabit.

Ex Metro.12.Li.3.

Fœlix qui potuit boni O
Fontem uiſere lucidum.
Fœlix qui potuit grauis. P
Terre ſoluere uincula.
Q uondam funera coniugis Q
Vates treicius gemens
Poſtq̃ flebilibus modis
Siluas currere mobiles.
Infernas adiit domos.
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Q uæ ſontes agitant metu
Vltrices ſcelerum deæ
Iam meſte lachrymis madent.
Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota.
Et longa ſiti perditus
Spernit flumina Tantalus.

Vultur dum ſatur eſt modis
Non traxit ticii iecur.
Tandem uincimur arbiter
Vmbrarum miſerans ait.
Donemus comitē uiro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat
Ne dum tartara liquerit
Fas ſit lumina flectere.
R Quis legem det amantibus?
Maior lex amor eſt ſibi.
S Heu noctis prope terminos
Orpheus Euridicē ſuam
Vidit:perdidit:occidit.
¶ Hos hæc fabula reſpicit:
Quicūq; in ſuperum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui tartareum in ſpecus
Victus lumina flexerit:
Quicquid præcipuum trahit
Perdit:dum uidet inferos.

Ex.4.Boetii.Lib.Metro.1.

T Vnt etenim pēnæ uolucres mihi:
Quæ celſa conſcendant poli:
Quas ſibi cū uelox mens induit
Terras peroſa deſpicit.
V Hic regum ſceptrū dominus tenet:
Orbiſq; habenas temperat:

Et uolucrem currum ſtabilis regit:
Rerum coruſcus arbiter.
Huc ſi te reducem referat uia X
Quã nunc requiris ĩmemor.
Hic dices memini patria eſt mihi
Hic ortus hic ſiſtam gradum:
Quod ſi terraꝝ placeat tibi Y
Noctem relictam uiſere
Quos miſeri toruos populi timent
Cernes tyrãnos exules.

Metrũ.2.Lib.4.

Quos uides ſedere celſo A
Solii culmine reges
Purpura claros nitente
Septos triſtibus armis
Ore toruo cõminantes
Rabie cordis anhelos:
Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus
Iam uidebit intus atras
Dominos ferre cathenas.
Hinc enim libido uerſat
Auidis corda uenenis.
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens:
Mǫror: aut captos fatigat:
Aut ſpes lubrica torquet:
Ergo cum caput tot unum

Cernas ferre tyrãnos
Non facit quod optat ipſe
Dominis pſſus iniquis.

Metrũ.3.Li.4.

B Vella naritii ducis
Et uagas pelago rates
Eurus appulit inſulæ
Pulchra qua reſidens dea
Solis edita ſemine
Miſcet hoſpitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos ut in uarios modos
Vertit herbi potens manus
Hunc apri facies tegit:
Ille marmaricus leo.
Dente creſcit & unguibus.
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat ululat.
Ille tigris ut indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet uariis malis.
Numen archadis alitis
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſoluerit hoſpitis.
Iam tum mala remiges
Ore pocula traxerãt:
Iam ſues cerealia
Glande pabula uerterant:

Et nihil manet integrum
Voce corpore perditis
Sola mens ſtabilis ſuper
Monſtra quæ patitur gemit
O leuem nimium manum
Nec potentia gramina
Membra quæ ualeant licet
Corda uertere non ualent.
Intus eſt hominum uigor
Arce conditus abdita
Hæc uenena potentius
Detrahunt hominem ſibi
Diraq; penitus meant
Nec nocẽtia corpori:
Mentis uulnere ſæuiunt.

Ex Metro.6.Li.4:

Si uis celſi iura tonantis
Pura ſolers cernere mente
Aſpice ſummi culmina cœli
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſeruant ſydera pacem.
Sic æternos reficit curſus
Alternus amor:ſic aſtrygeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis:ut pugnancia
Inuicem cedant humida ſiccis:
Iunganteq; fidem frigora flammis:

Pendulus ignis ſurgat in altum:
Terræq; graues pondere ſidant.
Hiſdem cauſis uere tepenti
Spirat florifer annus odores:
Aeſtas cererem feruida ſiccat:
Remeat pomis grauis autũnus.
Hyemẽ defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit:ac profert
Quicquid uitam ſpirat in orbe:
Eadem rapiens condit:& aufert
Obitu mergens orta ſupremo.
D Sedet interea conditor altus
Rerumq; regens flectit habenas.
Rex:& dominus:fons:& origo.
Lex:& ſapiens arbiter æqui:
Et quæ motu concitat ire
Siſtit retrahens:ac uaga firmat.
Nam niſi rectos reuocans itus
Flexos iterum cogat in orbes.
Quæ nunc ſtabilis continet ordo
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
E Hic eſt cunctis cõmunis amor
Repetuntq; boni fine teneri:
Quia non aliter durare queant:
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ quæ dedit eſſe.

Metrũ.7.Lib.4.

F Herculem duri celebrant labores

Ille centauros domuit ſuperbos.
Abſtulit ſeuo ſpolium leoni.
Fixit & certis uolucres ſagittis.
Poma cernenti rapuit draconi:
Aureo leuam grauior metallo
Cerberum traxit triplici cathena.
Victor imitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſeuis dominum quadrigis:
Ydra combuſto periit ueneno
Fronte turbatus achelous annis
Ore demerſit pudibunda ripis.
Strauit antheum libicis harenis.
Cacus euandri ſatiauit iras
Quoſq; preſſurus foret altus orbis
Setiger ſpumis humeros notauit.
Vltimus cœlum labor irreflexo
Suſtulit collo:preciũq; rurſus
Vltimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes ubi celſa magni G
Ducit exempli uia.cur inertes
Terga nudatis:ſuperata tellus
Sidera donat.

Ex.5.Boetii.Libro.Metrũ.1.

RVpis achemeni ſcopulis ubi uerſa ſequentum H
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax.
Tygris:& eufrates uno ſe ſe fonte reſoluũt:
Et mox abiunctis diſſotiantur aquis.
Si coeant:curſumq; iterum reuocentur in unum

Confluat alterni quod trahit unda uadi.
Conueniant pupes:& uulſi flumine trunci:
Mixtaq; fortuitos implicet unda modos:
Q uos tamẽ ipſa uagos terræ decliuia caſus
Gurgitis & lapſi defluus ordo regit.
Sic quæ permiſſis fluitare uidetur habenis
Sors patitur frenos:ipſaq; lege meat.

Metrũ.2.Lib.5.

I Puro clarum lumine phœbum
Melliflui canit oris homerus:
Q ui tamen intima uiſcera terræ
Non ualet:aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce.
¶ Haud ſic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terrę molle reſiſtunt.
Non nox atris nubibus obſtat:
Q uæ ſint:quæ fuerint:ueniantq;
Vno mentis cernit in ictu.
Q uem quia reſpicit omnia ſolus
Verum poſſis dicere ſolem.

Metrũ.5.Lib.5.

K Q uã uariis terras animalia permeant figuris:
Nãq; alia extento ſunt corpore:puluerẽq; uerrunt:
Continuũq; trahunt ui pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus alarum leuitas uaga:uerberetq; uentos:
Et liquido longi ſpacia ætheris enatet uolatu.
Hæc præſſiſſe ſolo ueſtigia:greſſibuſq; gaudent:

Vel uirides campos tranſmittere:uel ſubire ſiluas:
Quæ uariis uideas licet omnia diſcrepare formis
Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare ſenſus.
Vnica gens hominum celſum leuat altius acumen:
Atq; leuis recto ſtat corpore:deſpicitq; terras.
Hæc(niſi terrenus male deſipis)admonet figura:
Qui recto cœlum uultu petis:exeriſq; frontem
In ſublime feras animũ quoq;:ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.

Ex Plauti Comediis flores electi. Ex ꝓlogo Come. i.
Quæ Amphitryo uocitatᷣ. Mercurius loqᷣ:

IVſtam rem:& facilem eſſe oratũ a uobis uolo L
Nã iuſte ab iuſtis iuſtus ſum orator datus.
Nam iniuſta a iuſtis impetrari nõ decet. M
Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt. N
Virtute ambire oportet non fautoribus. O
Sat habet fautorꝶ ſemper qui recte facit.

Ex Come. ipſa Soſia. Mercurius.

Timeo totus torpeo. So. loqᷣ P
Non edepol nunc ubi terrarꝶ ſim ſcio ubi rogem?
Neq; miſer me comouere poſſum præ formidine.

Iuppiter. Alcmena. Mercurius.

Vbi ſummus impator nõ adeſt ad exercitum Iup. Q
Citius qđ nõ facto eſt uſus fit q̃ qđ facto eſt opus.

Alcmena. Amphitryo. Soſia.

Satin parua res eſt uoluptatum in uita: Al. R
Atq; in ætate agunda præ quæ quod moleſtũ eſt.
Ita cuiq; comparatum eſt in ætate hominum

Ita diis placitũ uoluptatẽ:ut mœror comes cõſequat᷑.

S Virtus ꝑmiũ eſt optimũ.

Virtus omnibus rebus anteit profecto
Libertas:ſalus:uita:res:parẽtes:patria:& prognati
Tutantur:ſeruantur:uirtus omnia in ſe ſe habet.
Omnia adſunt bona quẽ peneſt uirtus.

T Al.Cur negas? Am. Quia uera didici dicere. Al. ¶ Haud
Qui quod didicit id dediſcit. (æquũ facit.

V Nõ tu ſcis bacchę bacchãti ſi uelis aduerſarier. So.
Ex inſana inſaniorẽ facies:feriet ſæpius
Si obſequaris una reſoluas plaga:
Irritabis crabrones:

X Am.Mulier es audacter iuras. Alc. ¶ Quę nõ deliqt de/
Audacẽ eſſe:cõfidentur pro ſe & ꝓterue loqui. (cet

A Non ego illã mihi dotẽ duco eſſe:quæ dos dicitur:
Sed pudicitiã:& pudorẽ:& ſedatum cupidinẽ:
Deũ metũ:parentũ amorẽ.& cognatũ concordiã.
Tibi morigera:atq; ut munifica ſim bonis:ꝓſim ꝓbis:

Alcmena.Iuppiter.

B Nã in hominũ ætate multa ueniũt huiuſmodi. Iup.
Capiunt uoluptates:capiunt rurſum miſerias.
Iræ interueniunt:redeunt rurſum in gratiam.
Verum iræ ſi quæ forte eueniunt huiuſmodi
Inter eos rurſum:ſi reuentum in gratiam eſt.
Bis tanto amici ſunt inter ſe q̃ prius.

Mercurius loquitur.

C Pater uocat me:cũ ſequor:eius dicto ipſo ſum audiẽs
Vt filiũ bonũ pr̃i eſſe oportet:itidẽ ego ſum pr̃i

Amat:ſapit:recte facit animo quãdo obſequitur ſuo D
Quod oẽs hoĩes facere oportet.dum id modo fiat bono.
Ex Aſinaria Plauti.Com.2.Libanus ſer.Demenet⁹ ſenex.
ARgentum accepi dote:imperium uendidi. De. E
Eidem homini ſi quid recte curatum uelis F
Mandes.moriri ſe ſe miſere mauolet:
Quã non perfectum reddat:quod promiſerit.
Argirippus adoleſcens.
Ingrata:atq; irrita eſſe omnia intelligo: G
Quæ dedi:& quod benefeci:at poſt hac tibi
Male quod potero facere faciam.meritoq; id faciam tuo.
Leonida.Libanus ſeruus.
Hem iſta uirtus ẽ:qñ uſu eſt:qui malũ fert fortiter. Le. H
Fortiter malũ qui patit̃.idem poſt patitur bonũ. I
Leonida.Mercator.Libanus ſeruus.
Non decet ſupbum eſſe hominẽ ſeruum. Me. K
Lupus eſt homo homini:nõ homo:quũ q̃lis ſit nõ nouit. L
Argyripus adole.Demenetus ſenex.
Decet uerecundum eſſe adoleſcentem. Se. M
Nolo ego metui:amari mauolo. N
Ex Aulularia Pla.Com.3.Eumonia.Megadorus ſenex.
NAm multũ loquaces merito oẽs habemur. Eu.loq̃ O
Nec mutam profecto repertam ullam eſſe
Hodie dicunt mulierem ullo in ſęculo.
Megadorus.Euclio.
Hæ ſunt:atq; aliæ multæ in magnis dotibus Me. P
Incõmoditates:ſumptuſq; intolerabiles
Nam quæ indotata eſt:ea eſt in poteſtate uiri.

Doctate mactant:& malo:& damno uiros.

Euclio ſenex.Liconides adoleſcēs. Eu.loqͤ

Q Heu me miſeꝝ miſeꝝ.pii male ꝑdit⁹:peſſime:ornat⁹ eo

Tm̄ gēiti:& mali mœſtitię hic dies mihi obtulit famē:

Perditiſſimus ego ſum oīum in terra: (& paupiē.

Nam quid mihi opus eſt uita:qui tm̄ auri

Perdidi qđ cuſtodiui ſedulo:egomet me fraudaui:

Animūq; meū:geniūq; meū:nūc eo alii lętificanē

Meo malo:& damno:pati nequeo.

R Fateor me peccauiſſe:& me culpā cōmerito ſcio. Li.

Id adeo te oratū aduenio ut aío æquo ignoſcas mihi.

S Factum eſt:illud fieri infectum nō pōt

C Deos credo uoluiſſe:nā ni uellent nō fieret ſcio.

T Qui homo culpā admiſit in ſe:nullus eſt tā parui ꝑcii

Quin pudeat:quin purget ſeſe.

Captiui duo.Com.4. Paraſitus loqͤ

V Q Vaſi mures ſemp edimus alienum cibum

Vbi res prolatæ ſunt:quū rus homines eunt

Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.

Egio ſenex.Ergaſilus.Paraſitus.Lorarius.

X Liber captiuus auis fere cōſimilis eſt Eg.

Semel fugiendi ſi data eſt occaſio

Satis eſt:nūq̄ poſt illum poſſis prendere.

C Omnes profecto liberi libentius

Sūmus:q̄ ſeruimus:

Y Tu deniq; homines noſtra intelligimus bona

Quum quæ in poteſtate habuimus:ea amiſimus:

A Sæpe ſumma ingenia in occulto latent

Lotarius.Philocrates.Tindarus.Captiui.

Dii ímortales id uolucrũt uos hãc ærũnã exeq Lo. B

Decet id pati aío æquo:ſi id facittis leuior labor erit.

Indigna digna habenda ſunt herus quæ facit: C

Nam tu nũc uides pro tuo caro capite Phi. D

Carum offerre meũ caput uilitati.

Ti.Scio.Phi.¶At ſcire meměto quãdo id qđ uoles hẽbis.

Nã fere maxía pars morẽ hũc hoíes habẽt:qđ ſibi uolũt

Dũ id ípetrãt boni ſunt:ſed id ubi iã penes ſe ſe habẽt

Ex bonis peſſimi:& fraudolentiſſimi ſunt:

Nunc obſecro te hoc unum E

Q uoniã nobis dii ímortales animũ oſtẽderunt ſuũ.

Vt qui her me tibi fuiſſe:atq; eſſe nũc cóſeruũ uelint:

Q uod ante hac pro iure ípitabã meo:nũc te oro:p pcẽ:

Per fortunã incertã:& p mei te erga bonitatẽ patris:

Perq; cóſeruitiũ cómune:qđ hoſtica euenit manu:

Ne me ſecus honore honeſtes:q̃ ego te quũ ſeruiebas mihi:

At qui fueris:& qui nũc ſis meminiſſe ut memineris.

Egio ſenex.Philocrates.Tindarus.

Q ui cauet ne decipiať:uix cauet:quũ etiã cauet: Egi. F

Etiã quũ cauiſſe ratus eſt:ſæpe is cautor captus eſt.

Fortuna humana fingit:artatq; ut libet Ti. G

Me qui liber fuerã ſeruũ fecit:e ſũmo infimũ:

Q ui impare inſueuerã:nũc alterius ímpio obſequor.

Eſt pfecto deus:qui quæ nos gerimus auditq;:& uidet. H

Bene merenti bene pfuerit.male merẽti par erit. I

Nõ ego oíno lucrũ omne eẽ utilẽ hoí exiſtimo. Egi. K

Odi ego aurũ:multa multis ſæpe ſuaſit pperã: L

M Nũc hoc aĩaduertite:ut ea quæ ſentio pariter ſciatis:

N Quod bonis benefit bñficiũ:gr̃a ea grauida ẽ bonis. Ti:

Egio. Philocrates. Tindarus.

O Vt adhuc locoꝝ feci ſaciam ſæculo Phi.
Vt potiſſimũ quod in rem recte cõducat tuã
Id petã/id pſequarq; corde:& aïo:atq; uiribus.

P Si ego itẽ memorẽ quæ me erga multa feciſti bene
Nox diem adimat:

Q Nunc adeſt occaſio Egi.
Benefacta cumulare:ut erga hũc rẽ geras fideliter.

R Fac fidelis ſis fideli:caue fidẽ fluxã geras. Ti.

Paraſitus.

S Miſer homo ẽ q ipſe ſibi qđ edat q̃rit:& id ęgre inuenit:
Sed ille eſt miſerior:qui & ægre q̃rit:& nihil inuenit.
Ille miſerrimus eſt qui quũ eſſe cupit:qđ edat nõ hẽt.

Egio.

T Quid eſt ſuauius q̃ bene rẽ gerere bono publico?

Tindarus.

V Nũc ſpes:opes:auxiliaq; a me ſegregãt:ſpernũtq; me.
Hic ille ẽ dies:quũ nulla uitę meę ſal⁹ ſpabil' ẽ mecũ:
Neq; exiliũ exitio ẽ:neq; a deo ſpes q̃ mihi hũc aſpellat
Nec mẽdatiis:ſubdolis mihi uſq̃ mãtellũ eſt meis:
Nec ſycophãtiis:nec fucis ullũ mãtellũ obuiã eſt:
Neq; p̃catio pfidiis meis:nec malefactis fuga eſt:
Nec cõfidẽtię unſq̃ hoſpitiũ eſt:nec diuerticulũ dolis.
Operta quæ fuere aperta ſunt:patent præſtigiæ.
Omnis res palam eſt:neq; de hac re negotiũ eſt
Quin male occidam.oppetãq; peſtem.

Egio. Tindarus. Ariſtophontes.

Quia tu te ipſe eges ĩ pr̃ia: nec tibi qd uiuas domiſt Ti. X

Omnes inuenire ſimiles tibi uis. nõ mirũ facis.

Eſt miſeroꝝ: ut male uolentes ſint: atq; inuideãt bonis.

Egio. Lorarius. Tindarus. Ariſtophontes.

Decet ĩnocentẽ ſeruũ: atq; innoxiũ: Ti. Y

Confidentẽ eſſe ſuũ apud herum potiſſimũ.

Dum ne ob malefacta peream parui æſtumo Z

Si ego hic peribo

At erit mihi hoc factum mortuo memorabile.

Qui per uirtutẽ peritant: non interit.

Et ſi peruiuo uſq; ad ſumma ætatem: tamen A

Breue ſpacium eſt:

Nunc certũ eſt nulli poſt hæc quicq̃ credere. Egio B

Satis ſum ſemel deceptus:

Philocrates. Egio. Stalaginus.

Mos eſt obliuiſci hominibus Sta. C

Neq; nouiſſe cuius nihili ſit faciunda gratia:

Quod malefici crucior. modo ſi ĩfectũ fieri poſſet. Eg. D

Curgulio Plauti. Com. 5. Palinur[9] ſer. Phedrom[9] adol.

QVíſnã hic fluuius eſt: quẽ nõ recipiat mare? Pa E

Lena. Anus. Phędromus. Palinurus.

Suſſilite obſecro: & mittite iſtanc foras. Phę. F

Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinẽ.

Anus. Planeſiũ uirgo. Phedromus. Palinus.

Male mereri de ĩmerente inſcitia eſt. Pa. G

Nulli eſt homini perpetuum bonum Ph. H

Iam huius uoluptati hoc adinuentum eſt odium.

Curgulio.Lyco.Cappadox.

I Genus eſt lenonũ inter hoĩes meo quidẽ animo: Cur.
Vt muſcæ:culices:pedeſq;:puliceſq;:
Odio:& malo:& moleſtiæ:bono uſui eſtis nulli.

K Indignis ſi male dicit̃:maledictũ id eſſe dico. Ly.
Veꝝ ſi dignis dicit̃:benedictũſt meo quidẽ aio.

Caſſina Plauti.Com:6.Stalino ſen.Cleoſtrata mu.

L Nã ubi amor cõdimẽtũ inerit cuiuis placituꝝ credo? Sta.
Neq; ſalſũ n3 ſuaue eẽ pt qcq̃:ubi amor nõ admiſcet̃.
Nec miſer impēdēs magnum timet aere ſaxū

Tantalus ut famaſt:caſſa formidine torpens
Sed magis in uita diuũ metus urget inanis
Mortales:caſumq; timent:quẽ cuiq; ferat ſors:
Nec Tityon uolucres inheũt acherũte iacentẽ. S
Sed tityus nobis hic eſt in amore iacentẽ:
Quẽ uolucres lacerant:atq; exeſt anxius angor:
Aut aliæ:quãuis ſcindunt torpedine curæ.
¶ Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos eſt:
Qui petere a populo faſces:ſæuaſq; ſecures
Imbibit:& ſemp̱ uictus:triſtiſq; recedit.
Nam petere imperiũ:quod inane eſt:nec dat̃ unq̃:
Atq; in eo ſemp̱ dux ſufferre laborem.
Hoc eſt aduerſo nixantẽ trudere montẽ
Saxum:quod tamẽ e ſummo iam uertice rurſum
Voluitur:& plani raptim petit æquora campi.
¶ Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemp:
Atq; explere bonis rebus:ſatiareq; nũq̃
Quod faciunt nobis annoꝝ tẽpora circũ
Cum redeunt:fœtuſq; ferũt:uarioſq; lepores:
Nec tamẽ explemur uitai fructibus unq̃.
Hoc(ut opinor)id eſt æuo florente puellas
Quod memorãt laticẽ p̄tuſum cõgerere in uas:
Quod tamẽ expleri nulla ratione poteſtur.
Cerbarus:& furiæ iam uero:& lucis egenus T
Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus:
Qui neq; ſunt uſq̃:nec poſſunt eſſe profecto:
Sed metus in uita pœnaꝝ pro male factis
Eſt inſignibus inſignis:ſceleriſq; numela:

Carcer:& horribilis de ſaxo iactus eoꝝ
Verbera:carnifices:robur:pix:lamina:tede:
Quæ tñ & ſi abſunt.¶At mens ſibi cõſcia facti
Præmetuens:adhibet ſtimulos:torretq; flagellis:
Nec uidet interea:qui terminus eſſe maloꝝ
Poſſit:nec qui ſit pœnaꝝ deniq; finis:
Atq; eadẽ metuit magis:hęc ne ĩ mortegraueſcãt.
Hic acheruſia fit ſtultoꝝ deniq; uita.
V Certa quidẽ finis uitæ mortalibus adſtat
Nec deuitari lœtum pote quin obeamus.
Ex.4.Lucretii Libro.
X Hoc animi demũ ratio diſcernere debet:
Nec poſſunt oculi naturã noſcere reꝝ.
Y Nam nihil egregius q̃ res eſt cernere aptas
Ab dubiis:animus quas ab ſe protinus abdit:
A Deniq; nil ſciri ſi quis putat:id quoq; neſcit:
An ſciri poſſit:quo nil ſe ſcire fatetur.
B Nam faciunt homines plerũq; cupidine cęci:
Et tribuũt ea:quæ nõ ſunt ſibi cõmoda uere:
Quoniã fœdo afflictantur amore:
Nec ſua reſpiciũt miſeri mala maxima ſæpe
Nigra μελάγχρους ímũda:& fętida ακοσμοσ
C Nam leuiter quãuis quod crebro tonditur ictu
Vincitur in longo ſpatio tñ:atq; labaſcit.
Nõne uides etiã guttas in ſaxa cadẽtes
Humoris longo in ſpatio ꝑtondere ſaxa?
Ex.5.Lucretii Libro.
D Quis potis eſt dignũ pollenti pectore carmen

Condere:pro rer:maieſtatiſq; repertis?
Quiſue ualet uerbis tm̄:qui fingere laudes
Pro meritis eius:poſſit?qui talia nobis
Pectore parta ſuo:queſitaq; præmia liquit?
Nemo(ut opinor)erit mortali corpore cretus
Nam(ſi ut ipſa petit maieſtas cognita rer
Dicendū ſt)deus ille fuit.deus inclite nemmi:
Qui princeps uitæ rationē inuenit:eam:quæ
Nunc appellatur ſapientia:quiq; per artem
Fluctibus e tantis uitam:tantiſq; tenebris
In tam tranquillo:& tam clara luce locauit.
Nāq; cer es fertur fruges:liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe
Cum tamē hiis poſſet ſine rebus uita manere
Vt fama eſt aliquas etiam nunc uiuere gentes.
At bene non poterat ſine puro pectore uiui
Quo magis hic merito nobis deus eſſe uidetur
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentis
Dulcia permulcent animos ſolatia uitæ.
Herculis antiſtare autem ſi facta putabis
Longius a uera multo ratione ferere.
At niſi purgatū ſt pectus:quæ prœlia nobis: E
Atq; pericula ſunt ingratis inſinuandum?
Quantæ tum ſcindūt hominẽq; cupidinis acres
Sollicitum curæ?quantiq; pinde timores?
Quid ue ſupbia:ſpurcitia:ac petulantia:quātas
Efficiunt clades?quid luxus:deſidiæq;
Hæc igitur:qui cuncta ſubegerit,ex animoq;

Expulerit:dictis:non armis:nó ne decebit:
Hunc hominẽ numero diuũ dignarier eſſe.
F Principio maria:& terras:cœlũq; tuere
Quo℞ naturã triplicem:tria corpora mẽmi.
Tres ſpecies:tam diſſimiles:tria talia texta
Vna dies dabit exitio.multoſq; per annos
Suſtentata ruet moles:& machina mundi.
G Tenuis enim natura deũ:longeq; remota
Senſibus a noſtris animi uix mente uidetur.
H Tum porro puer(ut ſæuis proiectus ab undis
Nauita)nudus humi iacet infans indigus omni
Vitali auxilio:cum primũ in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit.
Vagituq; locum lugubri complet:ut equũſt
Cui tm̃ in uita reſtet tranſire malo℞.
❡ At uarie creſcũt pecudes:armenta:ferę q;:
Nec crepitacula eis opus eſt:nec cuiq; adhibẽdaſt
Almæ nutricis blanda:ac infracta loquela:
Nec uarias quærunt ueſtes pro tẽpore cœli:
Deniq; non armis opus eſt:non mœnibus altis:
Quis ſua tutentur:quãdo omnibus oĩa large
Tellus ipſa parit:naturaq; dędala re℞.
I Poſterius res inuentaſt:aurũq; repertum:
Quod facile & ualidis:& pulchris dempſit honorẽ.
Diuitioris enim ſectam plerũq; ſecuntur
Quãlibet:& fortes:& pulchro corpore creti:
K Quod ſi quis uera uitam ratione gubernat
Diuitiæ grandes homini ſunt uiuere parce

Aequo animo:neq;.n.eſt uſq̃ penuria parui:
Nec facileſt placidam:ac pacatam degere uitam: L
Qui uiolat factis cõmunia fœdera pacis:
Et ſi fallit enim diuum genus:humanũq;:
Perpetuo tñ id fore clam diffidere debet.
Nunc aurum:& purpura curis M
Exercent hominũ uitam.belloq; fatigant.
Ergo hominũ genus incaſſum.fruſtraq; laborat
Semper:& incuris cõſumit inanibus æuum.
Nimirũ:quia non cognouit:quæ ſit habendi
Finis:& omnino quo accreſcit uera uoluptas.

Ex.6.Lucretii Libro.

VEridicis igitur purgauit pectora dictis: N
Et finem ſtatuit torpedinis:atq; timoris:
Expoſuitq; bonum ſummũ:quo tendimus omnes
Quid feret:atq; uiam monſtrauit tramite paruo.
Qua poſſemus ad id recto contendere curſu:
Quid ue mali foret in rebus mortalibus:atq;
Quod flueret naturali iure:atq; ueniret.
Seu caſu:ſeu ui:quod ſic natura paraſſet:
Et quibus e portis occurri cuiq; deceret
Et genus humanũ fruſtra plerũq; probauit
Voluere curaꝶ triſtes in pectore fluctus.

Ex Libris Martialis.Ex primo.Flores electi.

De Leone:qui gubernatorẽ offendit.

LEſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum: O
Auſus tam notas contemerare manus:
Sed dignas tanto perſoluit crimine pœnas:

Et qui non tulerat uerbera tæla tulit.
Q uos decet eſſe hominũ tali ſub principe mores:
Q ui iubet ingenium mitius eſſe feris.

De Sue prægnante.

P O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.

Ad Cæſarem.

Q Innocuos cenſura poteſt pmittere luxus
Laſciua eſt nobis pagina:uita proba eſt.

Daciani Dogma laudat.

R Q uod magni traſeæ:cõſumatiq; catonis
Dogmata ſic ſequeris ſaluus ut eſſe uelis.
P ectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes:
Q uod feciſſe uelim te:deciane facis.
Nolo uirũ facili redimit qui ſanguine famã:
Hunc uolo laudari:qui ſine morte poteſt.

Ad Iulium.

S Non bene diſtuleris:uideas quod poſſe negari:
Et ſolum hoc ducas:quod fuit eſſe tuũ:
Expectant curæq;:catenatiq; labores:
Gaudia nõ remanent:ſed fugitiua uolant:
Hæc utraq; manu:complexuq; aſſere toto
Sæpe fluunt:imo ſic quoq; lapſa ſinu.
Non eſt crede mihi ſapientis dicere uiuam:
Sera nimis uita eſt craſtina:uiue hodie.

De Porſena:Et Mutio Sceuola.

T Dum peteret regem decepta ſatellite dextra
Iniecit ſacris ſe peritura focis:
Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis:

Et raptum flãmis iuſſit abire uirum.
Vrere quã potuit contempto mutius igne:
Hanc ſpectare manũ porſena non potuit.
Maior deceptæ fama eſt:& gloria dextræ:
Si non erraſſet fecerat illa minus.

De Gellia.

Non luget quiſquis laudari gellia quærit V
Ille dolet uere:qui ſine teſte dolet.

Ad Liuidum.

Qui ducis uultus:& non legis iſta libenter X
Omnibus inuideas liuide:nemo tibi:

De Portia.

Coniugis audiſſet fatum cũ portia bruti: Y
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Nondum ſcitis ait mortẽ non poſſe negari.
Credideram ſatis hoc uos docuiſſe patrẽ.
Dixit:& ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

Ad Flaccum.

Illud quod mediũ eſt:atq; inter utrũq; ꝓbamus. A

Ad Liciniacũ ſcriptores unde.

Verona docti ſillabas amat uatis. B
¶ Matrone fœlix mantua eſt.
Cenſetur apona liuio ſuo tellus: C
Stellaq;:nec flacco minus.
Duoſq; ſenecas:unicũq; lucanum D
Facũda loquitur corduba.

Ad Lucium Iulium.

E In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci
Pingue ſolum laſſat:ſed iuuat ipſe labor.

Ex.2.Mart.Lib.In Sextū.

F DVrum eſt ſexte negare:cum rogeris:
Quanto durius anteq̃ rogeris.

De Cęnatio ne Micæ.

G Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus.

Ad Olum.

H Reges & dominos habere debet:
Qui ſe non habet:atq; concupiſcit:
Quod reges:dominiq; concupiſcunt.

In Coſconium.

I Non ſunt longa:quibus nihil eſt quod demere poſſis.

Ex.3.Mart.Lib.Ad Ruffinū.

K SVnt tibi confiteor diffuſi iugera campi:
Vrbaniq; tenent prædia multa lares:
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ:
Suſtentatq; tuas aurea menſa dapes.
Faſtidire tamē noli ruffine minores
Plus habuit didimus.plus philomelus hēt.

In Pollam.

L Quod tegitur maius creditur eſſe malum.

Ex.4.Mart.Lib.Ad Colinū.

M SI ſapis:utaris totis coline diebus:
Extremūq; tibi ſemp adeſſe putes.
¶ Lanificas nulli tres exorare puellas.
Contigit:obſeruant quē ſtatuere diem.
¶ Diuitior criſpo.traſca conſtantior ipſo.

Lautior:& nitido ſis meliore licet:
Nil adicit penſo lacheſis:fuſoſq; ſoro℞
Explicat:& ſemp de tribus una necat.

De Curitio.

Nulla fata loco poſſis excludere:cũ mors N
Venerit:in medio tybure ſardinia eſt.

In Diſſimulatorẽ Septitianũ.

Decipies alios uerbis uultuq; benigno: O
Nam mihi iam notus diſſimulator eris.

Ex.5.Mart.Lib.Ad Regulũ.

❡Sſe qd hoc dicã:uiuis quod fama negat: P
Et ſua quod rarus tẽpora lector amat.
Hi ſunt inuidiæ nimirũ regulæ mores:
Præferat antiquos ſemp ut illa nouis.

In Calliſtratum.

Sum fateor:ſempq; fui calliſtrate paup: Q
Sed nõ obſcurus:nec male notus eques:
Sed toto legor orbe frequẽs:& dicit hic eſt:
Quodq; cinis paucis:hoc mihi uita dedit.

Ad Cæſarẽ Domici.

Quatenus hi nõ ſunt.eſto tu Cæſar amicus: R
Nulla ducis uirtus dulcior eſſe poteſt.

Amicis eſſe donandum.

Extra fortunã eſt quuicqd donatur amicis: S
Quas dederis ſolas ſemp habebis opes.

Quid non cogit amor? De Encolpo. T

In Poſthumum.

Quę mihi pſtiteris memini:ſempq; tenebo. V

Cur igitur taceo poſthume tu loqueris?
Incipio quotiens alicui tua dona referre
Protinus exclamat:dixerat ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt:duo ſufficit unus
Huic operi:ſi uis ut loquar:ipſe tace.
Crede mihi quãuis ingentia poſthume dones
Autoris pereunt garrulitate ſui.

Ad Poſthumum.

X Cras te uicturũ.cras dicis poſthume ſemp
Dic mihi cras iſtud poſthume quãdo uenit?
Quã longe cras iſtud ubi eſt?aut unde petendũ?
Nũquid apud parthos:armenioſq; latet?
Iam cras iſtud habet priami:uel neſtoris annos:
Cras iſtud quanti dic mihi poſſet emi.
Cras uiues:hodie iam uiuere poſthume ſerũ eſt:
Ille ſapit quiſquis poſthume uixit heri.

In Pontilianum.

Y Sæpe ſalutatus nũq̃ prior ipſe ſalutes:
Sic eris æternum pontiliane uale.

Ad Aemilianum.

A Semper eris pauper:ſi pauper es æmiliane:
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Ex.6.Mart.Lib.In Marcũ.

B UT p̃ſtem piladẽ:aliquis mihi p̃ſtet oreſtẽ:
Hoc nõ fit uerbis marce:ut ameris.ama.

In Detractorem.

C Audes prætera:quos nullus nouerit in me
Scribere uerſiculos:miſeras & pdere chartas.

At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor
Viuet:& herebit:totoq; legetur in orbe.
Stigmata:nec uafra delebit cinnamus arte:
Sed miſerere tui:rabido nec pditus ore
Fumantē naſum uiui tentaueris urſi.
Sit placidus licet.& lambat:digitoſq;:manuſq;:
Si dolor:& bilis:ſi iuſta coegerit ira:
Vrſus erit.uacua dentes in pelle fatiges:
Et tacitus quæras:quā poſſis rodere carnē.

Ex.7.Mar.Lib.De fama redditus Domi.

CErtus abeſt auctor:ſed uox hoc nuntiat omnis. D
Credo tibi.uerum dicere fama ſoles.

Ad Licinium.

Viue uelut rapto:fugitiuaq; gaudia carpe. E
Perdiderit nullum uita reuerſa diem.

In Baccharam.

Si quid opus fuerit.ſis me non eſſe rogandum. F

Ex.8.Mar.Lib.Ad Priſcū.

VXorem quare locupletem ducere nollim G
Quæritis:uxori nubere nolo meę.
Inferior matrona ſuo ſit priſce marito.
Non aliter fiunt fœmina:uirq; pares.

Ad Domitianum.

Principis eſt uirtus maxima:noſſe ſuos. H

Ad Cirinum.

Aurum:& opes:& rura frequēs donauit amicus: I
Qui uelit ingenio cedere:rarus erit.

Ad Cęſarem Do.

K Q ui fingit ſacros auro:uel marmore uultus:
Non facit ille deos:qui rogat ille facit.
De Columba Aretullæ.

L Et dominum mundi flectere uota ualent.
Ad Meliorem.

M Q uod donas facis ipſe bleſianum:
Hoc longum tibi:uita dū manebit:
Hoc & poſt cineres:erit tributum.
Ad Titullum.

N Rape:congere:aufer:poſſide.relinquendū eſt.
Ad Flaccum.

O Ingenium ſacri miraris abeſſe maronis:
Nec quēq̄ tanta bella ſonare tuba.
Sint mecœnates nō deerūt flacce marones:
Virgiliūq; tibi:uel tua rura dabūt.
In Gallicum.

P Dic uerum mihi marce dic amabo:
Nil eſt quod magis audiam libenter.
ℭ Oras gallice me:rogaſq; ſemp:
Durum eſt me tibi quod petis negare.
Vero uerius ergo quid ſit audi.
Verum gallice nō libenter audis.
Ex.9.Mart.Lib.In Cantaꝛ.

Q O Eponas animos truces monemus.
ℭ Liber nō potes:& guloſus eſſe.
De Partheniana toga.

R Q uid nō longa dies:quid nō cōſumitis anni?
In Magiſtrum ludi.

Nam uigilare leue eſt:peruigilare graue. S

Ex.10.Mart.Lib.Ad Lectoré.

QVi legis œdipodem:caligantéq; thyeſté T
Colchidas:& ſillas:quid niſi monſtra legis?
Quid te uana iuuant miſeræ ludibria chartæ?
Hoc lege quod poſſis dicere iure meũ eſt.

De.M.Antonio.

Ampliat ætatis ſpatium ſibi uir bonus.hoc eſt V
Viuere bis:uita poſſe priore frui.

Ad.Q.Ouidium.

Gaudia tu differs:at nõ & ſtamina differt X
Atropos:atq; omnis ſcribitur hora tibi.

Ex.11.Mart.Lib.In laudé Nerue traiani. Y

TAnta tibi eſt recti reuerentia cæſar:& æqui:
Quanta numæ fuerat:ſed numa paup erat.
Ardua res hæc eſt:opibus nõ tradere mores:
Et cum tot crœſos uiceris:eſſe numam.

De Caio Proculo.

Deſperaſſe iuuat:ueluti iam rupta ſororũ Z
Fila:minus gaudẽt:qui timuere nihil.

In Zoilum.

Zoile quid tota gẽmã præcingere libra A
Te iuuat:& miſerũ pdere ſardonica.
Anulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus.
Non eadẽ digitis pondera conueniunt.

In Cheremontem.

Rebus in anguſtis facile eſt cõtemnere uitam. B
Fortiter ille facit:qui miſer eſſe poteſt.

Ad Seuerum.

C Omnia cum tibi ſint dono conceſſa deorum:
Si quod habes non uis:ergo quid accipies?

In Theleſphorum.

D Q uid ſi me tonſor cum ſtricta nouacula ſubſit
Tunc libertatẽ:diuitiaſq; roget.
Promittã? nec enim rogat illo tẽpore tonſor.
Latro rogat.res eſt imperioſa timor.

Ad Caridemum.

E O quantum cogit ęgeſtas.

Ex.12.Mar.Lib.De Africano.

F HAbet africanus millies:& tñ captat.
Fortuna multis nimis dat:ſatis nulli.

Ad Iulium.

G Si uitare uelis acerba quędam:
Et triſtes animi cauere morſus.
Nulli te facias nimis ſodalem:
Gaudebis minus:& minus dolebis.

Ad Semproniam.

H Accipiet olim cum te loca lęta pioꝝ:
Non erit in ſtygia notior umbra domo.

In Zoilum.

I Crine ruber:niger ore:breuis pede:lumine lęſus:
Rem magnã præſtas zoile ſi bonus es.

Ad Sparſum.

K Numerare pigri damna quis poteſt ſomni?

Ex.M.V.M.Xenia.Cygnus.

L DVlcia defecta modulatur carmina lingua

Cantator cygnus funeris ipſe fui.

Ex.M.V.M.Apophoreta.Pſittacus.

PSittacus a uobis aliorum nomina diſcam: M
Hoc didici per me dicere:cæſar aue.
Pica loquax certa dñm te uoce ſaluto. Pica. N
Si me non uideas:eſſe negabis auem.

Vaſa Arretina.

Arretina nimis ne ſpernas uaſa monemus. O
Lautus erat tuſcis porſena fictilibus.

Cythara.

Reddit euridicē uati.ſed perdidit ipſe. P
Dum ſibi non credit.nec patienter amat.

Idem.

De pompeiano ſæpe eſt electa theatro: Q
Quæ duxit ſyluas:detinuitq; feras.

Saluſtius.

Hic erit ut perhibent doctoꝝ corda uiroꝝ R
Primus romana criſpus in iſtoria.

Ex Syllii Italici Libris.Ex libro.i.

Flores electi.

PRimus inire manū:poſtremus ponere martē. S
Iam tagus auratis agnoſcebatur in armis: T
Quē poſtq̄ diro ſuſpenſum robore uidit
Deformē lœto famulus:clam corripit enſem
Dilectum domino:pernixq; irrūpit in aulam:
Atq; īmite ferit geminato uulnere pectus.
¶ At pœni:ſuccenſa ira:turbataq; luctu:
Et ſæuis gens læta ruunt:tormentaq; portant.

Non ignes:candenſq; chalybs:nõ uerbera paſſim
Ictibus inumeris lacerum ſcindẽtia corpus:
Carnifice ue manus:penituſue infuſa medullis
Peſtis:& in medio lucẽtes uulnere flãmæ
Ceſſauere:ferum uiſu:dictaq;:per artem
Sæuitiæ extenti quautũ tormenta iubebant
Creuerunt artus:atq; omni ſanguine rupto
Oſſa liquefactis fumarunt feruida mẽbris.
Mens intacta manet:ſupat:ridetq; dolores.
Spectanti ſimilis:feſſoſq; labore miniſtros
Increpitat:dominiq; crucẽ clamore repoſcit.

V Tum pudor accendit mentẽ:nec conſcia fallit
Virtus præſſa loco:

X At dure inuigilant mẽtes.mollemq; reponũt
Noctis opus:clauſos acuũt extrema pericli:
Et fractis rebus uiolentior ultima uirtus.

Y Ocius ite uiri.& naſcentẽ extinguite flãmã:
Ne feræ redeant poſt aucta picula curæ.

Ex.2.Syllii Italici Libro.

Z Heu cęce mentes:tumefactaq; corda ſecũdis.
A Ante Iouem generata:decus diuũq;:hominũq;:
Q ua ſine non tellus pacẽ nõ equora norũt.
Iuſtitiæ conſors:tacitũq; in pectore numen
Exitium ne tuæ dirum ſpectare ſagunthi:
Et tot pendentẽ pro te dea cernere pœnas
Vrbẽ lenta potes? moritur tibi uulgus:& una.
Te matres uincẽte fame:te mœſta uiroꝝ
Ora uocant.primaq; ſonant te uoce minores.

Fer cœlo auxilium:& feſſis da ſurgere rebus
Hęc ſatus almena.¶ Contra cui talia uirgo B
Cerno eqdē:nec pro nihilo eſt mihi fœdera rūpi:
Statq; dies auſis olim tā triſtibus ultor.
Sed me pollutas properantē linquere terras
Sedibus his:tectiſq; Iouis ſuccedere adegit
Fęcūdū in fraudes hominū genus:impia liqui:
Et quantū terrent:tantū metuentia regna:
Et furias auri:nec uilia pręmia fraudum:
Et ſup hæc ritu horrificos:ac more feraꝝ
Viuentis rapto populos:luxuq; ſolutū:
Omne decus:multaq; oppreſſum nocte pudorē
Vis colitur:turriſq; locū ſibi uendicat enſis:
Et probris ceſſit uirtus:en aſpice gentes
Nemo inſons:pacem ſeruant cōmertia culpæ.
Ardua uirtutē profert uia:pergite primi: C
Nec facilē populis:nec notā inuadere laudem.
Tum demū ad manes pfecto munere erynnis D
Iunoni laudata redit:magnāq; ſupba
Exultat rapiens ſecum ſub tartara turbam.
At uos ſidereæ:quas nulla æquauerit ætas E
Ite decus terraꝝ animæ:uenerabile uulgus
Elyſium:& caſtas ſedes decorate pioꝝ.
Quis uero non æqua dedit uictoria nomen? F
Audite o gentes:neu rūpite fœdera pacis
Nec regnis poſtferte fidē.¶ Vagus exul in orbē
Errabit toto:patriis proiectus ab oris:
Tergaq; uertentē trepidans carthago uidebit.

Sæpe ſagũthinis ſomnos exterritus umbris.
Optabit cecidiſſe manu:ferroq; negato.
Inuictus quondã ſtygias bellator ad undas
Deformata feret liuenti mẽbra ueneno.

Ex.3.Syllii Italici Libro.

G Et pace:& bello cunctis ſtat terminus æui.
H Extremũq; diem primus tulit. ¶ Ire per ora
Nomen in æternũ paucis mens ignea donat.
Quos pater ætheris celſum deſtinat oris.
I An romana iuga:& famulas carthaginis arces
Perpetiar? ſtimulant manes:noctiſq; per umbras
Increpitans genitor.ſtant are:atq; horrida ſacra
Ante oculos. ¶ Breuitaſq; uetat mutabilis horæ
Prolatare diem. ¶ Et qui ſim neſciat omnis
Gens hominũ:lœtiq; metu decora alta relinquã.
Quantũ etenim diſtant a morte ſilentia uitæ?
K Turpe duci totã ſomno cõſumere noctem.
O rector lybiæ uigili ſtant bella magiſtro.
L Gens ferri patiens:ac lęta domare labores
Paulatim antiquo patrũ deſueſcit honori.
Aut ille haud unq̃ parcus pro laude cruoris:
Et ſemper famæ ſitiens:obſcura ſedendo
Tempora agit:mutũ uoluens inglorius æuũ
Sanguine de noſtro populus:blandoq; ueneno
Deſidiæ uirtus paulatim euicta ſeneſcit.

Ex.4.Syllii Italici Libro.

M Explorant aduerſa uiros:perq; aſpera duro
Nititur ad laudem uirtus interrita cliuo.

Pelle moras:breuis eſt magni fortuna fauoris; N
Heu primæ ſceleꝶ cauſæ mortalibus ægris O
Naturam neſcire deum.¶Iuſta ite precati
Thure pio:cœlũq; feros auertite ritus
Mite & cognatum eſt homini deus.

Ex.5.Syllii Italici Libro.

Ditiſſimus agri P
Occumbis generoſæ uolunx:nec claua repoſtis
Pontera theſauris patrio:nec regia quondam
Præfulgens ebore:& poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerint:quid rapta iuuant?quid gentibus auri
Nũq̃ extincta ſitis?modo quẽ fortuna fouẽdo
Congeſtis opibus:doniſq; referſit opimis
Nudum tartarea portabit nauita cymba;

Ex.6.Syllii Italici Libro.

Supremus feſſi tenuis tum ceſſit'in auras Q
Halitus:& magnã miſit ſub tartara mentẽ.
Quicqd adeſt duri:& reꝶ inclinata feramus R
Talis lege deum cliuoſo tramite uitæ.
Per uarios p̃ceps caſus rota uoluitur æui
Arripuit:traxitq; uirum fax mentis honeſtę S
Gloria.¶Et incerti fallax fiducia martis.
Tum palmas ſimul attollens:ac lumina cœlo T
Iuſtitiæ:rectiq; dator:qui cuncta gubernas:
Nec leuior mihi diua fides:ſarranaq; Iuno:
Quos reditus teſtes iurata mente uocaui.
Sit mihi fas me digna loqui:latioſq; tueri'
Voce focos.ibo ad tyrios non ſegnior inquit

Stante fide reditus:& ſaluo fœdere pœnæ.
Sic nobis rex exitio deſiſtite honorem
Tendere:tot bellis:totq; annis fregimus æuum.
Nunc etiã uinclis:& longo carcere torpent
Captiuo in ſenio uires:fuit ille:nec unq̃
Dum fuit a duro ceſſauit munere martis
Regulus:exangui ſpectatis corpore nomen:
At non carthago fraudũ domus:inſcia quantũ
E nobis reſtet iuuenes parat aſpera ferro
Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta:
Ite dolos contra:genſq; aſtu fallere lęta
Diſcat me capto quantũ tibi roma ſupſit:
Nec uero placeat:niſi quæ de more parentũ
Pax erit:expoſcũt lybici:nobiſq; dedere
Hæc referenda:pari libeat ſi pendere bellũ.
Fœdere:& ex æquo geminas conſcribere leges.
Sed mihi ſit ſtygios ante interuiſſe pœnates
Talia quã uideã ferientis pacta latinos.
Hæc fatus tyriæ ſeſe iam reddidit iræ.
V Præfixo paribus ligno mucronibus omnes
Armantur laterum crates:denſuſq; per artẽ
Texitur erecti:ſtantiſq; ex ordine ferri
Infœlix ſtimulus:ſomniſq; hac fraude negatis.
Quoſcũq; inflexus producto tẽpore tractor
Inclinauit iners fodiũt ad uiſcera corpus.
X Abſiſte o iuuenis lachrymis patientia cunctos
Hos ſupat caſus.longo reuireſcet in æuo
Gloria dum cœli ſedem:terraſq; tenebit

Caſta fides:dum uirtutis uenerabile nomen
Viuet:eritq; dies tua quo dux inclyte fata
Audire horrebũt a te calcata minores.
Vera:ac ficta ſimul ſpargebat fama per urbẽ. Y

Ex.7.Syllii Italiei Libro.

Spes heu fallaces:oblitaq; corda caducum A
Mortali quodcũq; datur
At patres:latiaſq; nurus raptabat ad aras B
Cura deum:mœſto ſuffuſe lumina uultu
Fœmineus matres graditur chorus ordine longo
Iunoni pallam:conceptaq; uota dicabant.
Nec nõ & proprio uenerantur pallada dono:
Phœbũq;:armigerũq; deum:primãq; dionem.
Tanta adeo cum res trepidæ reuerentia diuũ
Naſcitur.¶Et rare fumant fœlicibus aræ.
Arectæ ſpes ſydoniæ:feruetq; ſecundis C
Fortunæ iuuenis:
Moras extrema recuſant. D
Dum cete ĩnabunt ponto:dum ſydera cœlo E
Lucebunt:dum ſol indo ſe littore tollet:
Hic regna:& nullæ regnis per ſæcula metæ.
Iãq; hoc ne dubites longeui nate parentis F
Accipe:& æterno fixum ſub pectore ſerua:
Succenſere nefas patriæ:nec fœdior ulla
Culpa ſub extremas fertur mortalibus umbras
Sic docuere ſenes.¶Q'uãtus:qualiſq; fuiſti G
Cum pulſus lare:& extorris capitolia curru
Intrares exul tibi corpora cęſa camllle.

Damnata quot ſunt dextra pacata fuiſſent:
Ni conſulta uiro:menſq; impenetrabilis iræ:
Mutaſſentq; ſolum ſceptris æneia regna:
Nullaq; nunc ſtares terrarũ uertice roma.

Ex.9.Syllii Italici Libro.

H Diſcordia demẽs
Intrauit cœlos:ſupoſq; ad bella coegit.

I Stabat cũ primis mediæ certamina pugnæ
Aſpera ſemp amans:& par cuicũq; piclo
Sceuola.nec tanta uitam iam ſtrage uolebat
Sed dignũ proauo lœtũ:& ſub nomine mortẽ.
Is poſtq̃ frangi res:atq; augeſcere uidit
Exitiũ.breuis hoc uitæ quodcũq; relictum
Extendamus ait.¶Nã uirtus futile nomen
Ni decoris adſint patiendo tẽpora lœti.
Dixit:& in medios qua dextra cõcita pœni
Limitem agit.uaſto cõnixus turbine fertur.

K Velle ac nolle ambobus idẽ:ſociataq; toto
Mens æuo.ac paruis diues cõcordia rebus.

Ex.10.Syllii Italici Libro.

L Neq; enim uirtutis amorẽ
Aduerſa exemiſſe ualent:

M Ingens ferre mala:& fortunæ ſubdere colla
Neſcius aduerſa fronte incurrebat in arma
Vincetum conſul:pereundi martius ardor:
Atq; animos iam ſola dabat fiducia mortis.

N Iãq; hãnibal unus
Sat decoris laudator erat fulgentia pingui

Murice ſuſpirans iniicit uelamina & auro
Intextam clamydem:ac ſupremo affať honore
I decus auſoniæ quo fas eſt ire ſupbas
Virtute:& factis animas:tibi gloria lœto
Iam parta inſigni.¶ Noſtros fortuna labores
Verſat adhuc:caſuſq; iubet neſcire futuros:
¶ Hæc libys:atq; repẽs crepitantibus undiq; flãmis
Aethereas anima exultãs euaſit in auras.
Hos mulcens queſtus Fabius deforme docebat O
Cladibus iraſci.uulgũq; arcebat ab ira.
Aduerſis etenim frangi non eſſe uirorũ:
Qui martẽ inſcribant genti nõ poſſe dolores
Condere:& ex pœna ſolatia poſcere luctus.
Ex.11.Syllii Italici Libro.
Stat nulla diu mortalibus uſq̃ P
Fortuna titubante fides:
Quis nã mutato tantũ nũc tẽpore credat Q
Luſus:& inſanis nutrita ignauia luſtris:
Conſumptuſq; pudor peccãdo:uniſq; relictus.
Diuitiis ꝓbroſus honor:lacerabat hiantẽ
Deſidia populũ:ac reſolutam legibus urbẽ.
Inſup exitio truculenta ſupbia agebat:
Nec uitiis deerant uires:nõ largior ulli
Auſoniæ populo:ſic tũ fortuna fouebat.
Auri:argentiq; modus:madefacta ueneno
Aſſyrio:manibus ueſtis:medioq; dierum
Regales epulæ:atq; ortu cõmunia ſolis
Deprenſa:& nulla macula nõ illita uita;

Tum populo ſæui patres:plebeſq; ſenatus
Inuidia lacera & collidens diſona corda
Seditio.ſed enim interea temeraria pubes
Delicta augebat:pollutior ipſa ſenectus.

R Talia iactantes iam lętam ſorte parabant
Mittere quæ tyrios adiungat fœdere pubem
Sed nõ inuictum ponebat pectore robur
Tum ſolum decius capnæ decus:iſq; receptus
In medios cetus:neq; enim diffidere dabatur.
Itis ait ciues uiolanda ad iura parentũ:
Damnatũq; caput temerati fœderis aris
Iungitis hoſpitio:quæ tanta obliuo recti.
Magnã atq; in magnis populiſq;uiriſq;
Aduerſam oſtentare fidem.nunc tẽpus inire
Prœlia pro rutulis:nunc ſigna aciẽq; mouere
Dum tepide res:& medicinã uulnera poſcũt.
Is locus officio cũ ceſſant proſpera:cũq;
Dura ad opẽ fortuna uocat.nã lęta fouere
Haud q̃q̃ magni eſt animi decus.❡Hic age adeſte
Noui diis animas ſimiles:& pectora magnis
Nũq̃ anguſta malis.capiũt mihi credite cãnæ:
Et traſimena uada:& pauli memorabile lœthũ:

S Iãq; diem ad metas defeſſis phębus olympo
Impellebat ęquis:fuſcabat & heſperus umbra
Paulatim infuſa properantẽ ad littora currũ
Inſtituũt de more epulas:feſtãq; per urbem
Regifice extructis celebrant cõuiuia menſis
Ipſe deũ cultu:& ſacro dignatus honore

Præcipuis:multoq; procul ſplendentibus oſtro
Accipitur ſublime toris:non una miniſtri
Turba gregis:poſuiſſe dapes his addita cura:
His adolere focos:his ordine pocula ferre:
Nec nõ & certis ſtruitur pẹnus:aſpera menſa
Pondera celati fulgent antiquitus auri
Eripiunt flãmæ noctem:ſtrepituq; mouentũ
Murmurat alta domus:ſtupet incõſuetus opimæ
Sidonius menſæ miles:faciẽq; ſupbi
Ignotã luxus oculis mirantibus haurit.
Veſcitur ipſe ſilens:& tantos damnat honores.
Ipſe epulis:facileſq; coli tanto agmine menſas.
Donec pulſa fames:& bacchi munera:duram
Laxarunt mentẽ:tum fronti reddita demum
Lẹtitia:& poſitæ grauiores pectore curæ.
Perſonat euboica teuthras teſtudine cymes.
Incola:& obtuſas imiti murmure ſæuæ
Inter bella tubæ permulcet cantibus aures.
Nec uenerem interea fugit exoptabile tẽpus
Pẹnoꝝ mentes:cẹco per lẹta premendi
Exitio:& luxu corda importuna domandi.
Spargere tela manu paſſim fallentia natis.
Impat:& tacitas in pectora mittere flãmas:
Tum pueris dulce arridens:eat improba Iuno:
Et nos(nec mirũ quid enim ſumus)aucta ſecũdis
Deſpiciat:ualet illa manu:ualet illa lacertis
Paruula nos arcu puerili ſpicula ſenſim
Fundimus: & nullus noſtro de uulnere ſanguis.

Verũ agite o mea turba ꝑcor:nũc tẽpus adeſte:
Et tyriam pubem:tacitis exurite telis:
Amplexu:multoq; mero:ſomnoq; uiroꝝ
Profligãda acies:quã nõ ꝑfregerit enſis:
Non ignes:nõ ĩmiſſis gradiuus habenis
Combibat illapſos ductor ꝑ uiſcera luxus:
Nec pudeat picto fultum iacuiſſe cubili:
Nec crinẽ aſſyrio ꝑfundere pugnet amomo:
Ille ſub hyberno ſomnos educere cœlo
Iactator tectis malit cõſumere noctes
Ac ponat ritus ueſcẽdi:ſæpe citato
Dum reſidet ſub caſſide equo:diſcatq; lyeo
Imbellem donare diẽ:tum deinde madenti
Poſt epulas ſit grata chelys:ſegniſq; ſoporas
Haud noſtro uigiles ducat ſub numine noctes.
Mollitæ flãmis lymphæ languẽtia ſomno
Mẽbra fouẽt.miſeriſq; bonis perit horrida uirtus.
V Ductorẽ uidit libyæ.canere inde ſuꝑbas
Aonie laudes ſenſim teſtudinis orſus
Concordẽ cytharæ mouit ꝑ carmina lĩguã
Vincere linquẽtes uitã quæ poſſit olores:
Atq; hæc ex multis carpſit molliſſima menſæ.
¶ Argolicis quondã populis(mirabile dictu)
Exaudita chelys:lapidẽ teſtudine fœlix
Ducere:& in muros poſuiſſe uolantia ſaxa.
Hæc Amphonio uallauit pectine thebas:
Ac ſilice aggeribus per ſe ſcandẽte uocatis
Iuſſit in ĩmenſum cantatas ſurgere turres.

Altera turbatū plectro moderata profundū X
Et tenuit phocas:& in omni protea forma
Traxit:& æquoreo portauit Ariona dorſo:
Nāq; chaos cęcā quondā ſine ſydere mollem Y
Non ſurgente die:ac mundū ſine luce canebat.
Tum deus ut liquidi diſcuſſit ſtagna profundi:
Tellurïſq; globum media cōpage ligaſſet.
Vt celſum ſupis habitare dediſſet olympū:
Caſtaq; ſaturni monſtrabat ſæcula patris.
Pax optima reꝝ Z
Quas homini nouiſſe datū eſt:pax una triūphis
Innumeris potior.pax cuſtodire ſalutē:
Et ciues æquare potens
Dum malus obtrectat facta ímortalia liuor: A
Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.

Ex.12.Syllii Italici Libro.

Hinc uicina palus fama eſt acherōtis ad undas B
Pandere iter:cęcas ſtagnante uoragine fauces.
Laxat:& horrēdos aperit telluris hiatus:
Interdūq; nouo perturbat lumine manes.
Soluitur omne decus læto:niueoſq; per artus C
It ſtygius color:& formæ populatur honores:
Ambroſiæ cecidere comæ:uiolataq; ceruix
Marmoreū in iugulū collo labente recūbit.
Haud ſecus oceano rediens cythereius ignis
Cum ſe ſe ueneri iactat ſplendore refecto:
Si ſubita inuadat nubes hebetat́ in atris
Decreſcens tenebris languentia lumina condit.

D Sed enim non fœmina ceſſit
Mente æquare uiros|& laudis poſcere partē.
Omnis per ſe ſe portans capitiſq;manuſq;
Antiquū decus:ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit:belloq; miniſtrant.
In mediū certamine magno
Priuatę cumulant opes:nudare penates:
Ac nihil arcanos uitæ melioris ad uſus
Sepoſuiſſe iuuat.coit & ſine nomine uulgus:
Corpore ſic toto ac mēbris roma oībus uſa.
Exangues rurſus tollebat ad æthera uultus.
F Diis uota:preceſq;
Ferte modo:& tepidos aris libate cruores
Neu date terga malis:
Sed enim ante omnes altaria fumēt:
F Perge age:uince omne miles uirtute laborē:
Et quantū humani poſſunt ſe tendere paſſus.
Arduus accelera:
Ex.13.Syllii Italici Libro.
G Vox occulta ſubit paſſim diffuſa per aures
Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro.
Sed caſtam ſeruatę fidem:fulgētibus oſtro:
Hæc potior regnis.❡Dubio qui frangere reg
Gaudebit pacta:ac tenues ſpes linquet amici.
Non illi domus:aut cōiunx:aut uita manebit.
Vnq̄ expers luctus:lachrymæq;:aget æquore ſemp
Ac tellure premēs:aget ægrum nocte:dieq;
Deſpecta:ac uiolata fides:

Tum iuuenis quæcũq; datur ſors durior æui H
Obnitemur ait:culpa modo pectora ceſſent.
Siſte inclyta uirgo I
Pauliſp greſſum:& nobis maneſq; ſilentum
Enumera:ſtygiæq; aperi formidinis aulam.
Annuit illa quidẽ:ſed nõ optanda recludis
Regna ait:hic tenebras agitant:uolitantq; p umbras
Innumeri quondã populi:domus omnibus una
In medio uaſtum late ſe tendit inane.
Huc quicquid terræ:quicquid freta & igneus æther
Nutriuit primo mũdi genitalis ab æuo:
Mors cõmunis agit:deſcẽdunt cuncta:caputq;
Campus iners quantũ interiit:reſtatq; futurũ.
Tum ſeducta loco:& laxata lucida nocte K
Clauſtra nitẽt:quæ ſecreti per limitis umbrã
Elyſios ducunt campos:hic turba pioꝝ.
Nec ſtygio in regno:cœli nec poſta ſub axe
Veꝝ ultra oceanũ.¶ Sacro cõtermina fonti L
Lætheos potant latices obliuia mẽtis
Extrema:hinc auro fulgẽs iam lucis honorẽ
Sentit:& admoto ſplẽdet ceu ſydere lunæ
Hac animę cœlũ repetũt.ac mille pactis
Oblite ditem redeũt in corpora luſtris.
Has inter formas cõiunx Iunonis auernæ M
Suggeſtu reſidẽs cognoſcit crimina regum.
Stant uicti:feroq; piget ſub iudice culpæ.
Circum errant furiæ:pœnarũq; omnis imago:
Quã uellent nũq̃ ſceptris fulſiſſe ſupbis.

Inſultant duro impio:nõ digna:nec æqua
Ad ſupos paſſi manes:quęq; ante profari
Non licitum uiuis:tandẽ pmiſſa quærunt.
Tunc alius ſæuis religat rupe cathenis:
Aſt alius ſubigit ſaxũ:perq; ardua montis.
Vipero domat hũc æterno megera flagello:
Talia lœtiferis reſtant patienda tyrãnis.
N Verũ age nate tuos ortus:ne bella paueſcas
Vlla:nec in cœlum dubites te tollere factis.
O His alacer colla amplexu materna petebat:
Vmbraq; ter fruſtra per inane petita fefellit.
P Ipſa quidẽ uirtus ſibimet pulcherrima merces:
Q His læti rediere duces loca amœna pioꝝ
Nunc meritũ ſæua Brutũ ĩmortale ſecuri
Nomen.nũc ſæpis æquantẽ laude Camillũ:
Nunc auro Curiũ nõnũq̃ cernit amicũ.
R Tulit ille ruentem
Tybridis in ripas:regem:ſoluſq; reuulſo
Ponte:ferox ponte excluſit redeũtia regna.
S Ille ſub hæc turpis lenti ſolertia martis
Audendo bella expedias:pigra extulit aſtris
Haud ſe ſe uirtus:tu magna gerendi
Præcipita tempus.mors atra impendit agẽti.
T Meruit deus eſſe uideri:
Et fuit in tanto nõ paruũ pectore numẽ:
Carmine cõplexus terrã:mare:ſydera:manes:
Et cantu muſas:& phœbum æquauit honore.
V Ecce pudiciciæ latium decus inclyta lœti

Fert frontem:atq; oculos terræ lucretia fixos.
Non datur heu tibi roma:nec eſt quod malle deceret
Hanc laudẽ retinere diu. ¶ Virginia iuxta X
Cerne cruentato uulnus ſub pectore ſeruat
Triſtia defenſi ferro monuméta pudoris:
Et patriam laudat miſerando in uulnere dextram:
Cum ſubito aſpectu turbatus ſcipio:poſcit Y
Quæ pœnę cauſa:& qui ſint in crimine manes.
Tum uirgo:patrios fregit quæ curribus artus:
Et ſtetit adductis ſup ora trementia frenis
Tullia:non ullos ſatis exhauſtura labores:
Ardenti phlegetonte natat.fornacibus atris:
Fons rapidus furit:atq; uſtas ſub gurgite cautes
Egerit:& ſcopulis pulſat flagrantibus ora.
Illa aũt quæ tondetur præcordia roſtro A
Alitis:en quantũ reſonat plangentibus alis
Armiger ad paſtus rediens Iouis:hoſtibus arcem
Virgo ĩmane nefas adamato prodidit auro
Tarpeia:& pactis reſerauit clauſtra ſabinis

Ex.15.Syllii Italici Libro:

Cum ſubito aſſiſtunt dextra:leuaq; per auras B
Allapſæ haud paulum mortali maior imago.
Hinc uirtus:illinc uirtuti inimica uoluptas.
Altera achemeniũ ſpirabat uertice odorem
Ambroſias diffuſa comas:& ueſte refulgens
Oſtrum qua fuluo tyrium ſuffuderat auro:
Fronte decor quæſitus acu:laſciuaq; crebras
Ancipiti motu iacebant lumina flámas.

Alterius diſpar habitus.frons hirta:nec unq̃
Compoſita mutata coma:ſtans uultus in ore:
Inceſſuq; uiro propior:lętiq; pudoris.
Celſa humeros niueæ ſurgebat ſtamine pallæ.
C Occupat inde prior promiſſis fiſa uoluptas
Quis furor hic nõ digne puer cõſumere bello Florẽ
Moneo certare periclis (æui?
Deſine:& armiſonæ caput obiectare procellæ.
Ni fugis hos ritus:uirtus te ſæua iubebit
Per medias uolitare acies:medioſq; per ignes.
Hæc patrẽ:patruũq; tuos:hæc prodiga paulũ:
Hæc decios ſtygias herebi detruſit ad undas.
Dum cineri titulum:memorandaq; noĩa buſtis.
Prætendit:nec ſenſuræ quid geſſerit umbræ?
At ſi me comiteare puer non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi tẽporis ætas
Haud unq̃ trepidos abrũpet buccina ſomnos:
Sed current albuſq; dies:horæq; ſerenæ:
Et molli dabitur uictu ſperare ſenectam.
D Huc aduerte aures.currit mortalibus æuũ:
Nec naſci bis poſſe datur:fugit hora:rapitq;
Tartareus torrẽs:ac ſecũ ferre ſub umbras:
Si qua aĩo placuere negat:quis luce ſuprẹma
Demiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
E Poſtq̃ conticuit:finiſq; eſt addita dictis.
Tunc uirtus quas nã iuuenẽ florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis:uiteq; tenebras?
Cui ratio:& magnæ cœleſtia ſemina mentis

Munere ſunt conceſſa deum.mortalibus alti
Quantũ cœlicolæ:tantũdẽ animalibus iſti
Præcellunt cunctis.tribuit nãq; ipſa minores
Hos terris natura deos.¶ Sed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit auernis.
¶ At quis ætherei ſeruatur ſeminis ortus
Cœli porta patet:
Nõ ne uides hominũ ut celſos ad ſydera uultus F
Suſtulerit deus:ac ſublimia finxerit ora.
Cum pecudes:uolucrũq; genus:formaſq; feraꝝ:
Segnem:atq; obſcenã paſſim ſtrauiſſet in aluũ.
Ad laudes genitũ capiat ſi munera diuũ G
Fœlix ad laudes hominũ genus.¶ Huc age paulũ
Aſpice:nec longe repetã:modo roma minanti
Impar fidenæ:contentaq; creſcere aſylo:
Quo ſe ſe extulerit dextris.¶ Inde aſpice late H
Florentes quondam luxus quas uerterit urbes.
Quippe nec ira deum tm̃:nec tela:nec hoſtes:
Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.
¶ Ebrietas tibi fida comes:tibi luxus:& atris
Circa te ſemp uolitans infamia pẽnis.
Mecũ honor:& laudes:& lęto gloria uultu: I
Et decus:& niueis uictoria concolor alis.
Me cunctus lauro ꝑducit ad aſtra triũphus.
Caſta mihi domus:& celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo ꝑducit ſemina cliuo K
Aſpera principio:nec enim mihi fallere mos eſt
Proſequitur labor:amitendũ intrare uolenti:

Nec bona conſcendũt quæ ſors infida dediſſet:
Atq; eadẽ rapuiſſe ualet: mox celſus ab alto
Infra te cernes hominũ genus: omnia contra
Experienda manẽt: q̃ ſpondet blanda uoluptas
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes: friguſq; famẽq; domabis
Idem iuſtitiæ cultor: quæcũq; capeſſes
Teſtes factoꝝ ſtare arbitrabere diuos.
L Hinc tibi non tyrio uitiatas murice ueſtes:
Nec domũ deforme uiro flagrantis amomi:
Sed dabo qui ueſtrũ ſæuo nunc marte fatigat
Imperiũ ſupare manu: laurũq; ſupbam
In gremio Iouis exciſis deponere pœnis
M Quæ poſtq̃ cecinit ſacrato pectore uirtus:
Exẽplis lętum: uultuq; audita probantẽ
N Cõuertit iuuenẽ. ¶ Sed enim indignata uoluptas
Non tenuit uoces: nil uos iam demoror ultra
Exclamat: uenient ueniẽt mea tẽpora quondã
Cum docilis noſtris magno certamine roma
Seruiet impiis: & honor mihi habebit̃ uni.
O At iuuenis plenus monitis ingentia corde
Mollitur: uiſq; calet uirtutis amore:
Ardua roſtra petit nullo fera bella uolente:
Et grauia ancipitis depoſcit munera martis
P Quin etiã accitus populi regnator iberi
Cui ſponſa: & ſponſæ defixus in oſſibus ardor
Hanc notam formæ conceſſit lętus: ouanſq;
Indelibata gaudenti uirgine donum:

Magnanima inuidia uirtus caret: Q
Prodigere in bellũ facilis pręmiſſa feroces R
Augebant animos argẽti pondera:& auri.
Compreſſit lachrymas pœnus:minuitq; ferẽdo S
Conſtanter mala:

Ex.16.Syllii Italici Libro.

Mente fauete pari:atq; aures aduertite ueſtras T
Quid iam nõ regibus auſum? V
Aut quod iã regni reſtat ſcelus? ¶ Impia circo
In numero fratres cauea damnante furorẽ
Pro ſceptro armatis inierũt prœlia dextris.
Is genti mos durus erat patriũq; petebãt
Orbati ſoliũ lucis diſcrimine fratres.

Ex Eiuſdẽ Lib.17.

Tum puppe e media magno clamore ſacerdos X
Parcite pollutis cõtingere uincula palmis:
Et ꝓcul hinc moneo:ꝓcul hinc quæcũq; ꝓfane
Ferte gradus:nec uos caſto miſcete labori.
Dum ſatis eſt monuiſſe deæ:quod ſi qua pudica
Mente ualet:ſi qua illeſi ſibi corporis aſtat
Conſcia:uel ſola ſubeat pia munera dextra.
Hic priſca ducẽs clauſoꝝ ab origine nomẽ Y
Claudia:non æqua populi male credita fama.
In puppim uerſis palmiſq;:oculiſq; profatur.
Cœlicolum genitrix numẽ:quod numina nobis
Cuncta creas:cuius proles terrãq;:fretũq;:
Sydereaq;:& manes regnoꝝ ſorte gubernat.
Si noſtrũ nullo uiolatũ eſt crimine corpus

Teſtis diua ueni:& facili me abſolue carina.
Tum ſecura capit funẽ:fremituſq; leonũ
Audiri uiſus ſubito:& grauiora p auras
Nulla pulſa manu ſonuerũt tympana diuæ.
Fertur prona ratis:uentos impellere credas:
Contraq; aduerſas ducentẽ præuenit undas.

A O dirum exitium mortalibus o nihil unq̃
Creſcere:nec magnas patiẽs exurgere laudes. Inuidia:

Ex Libris Statii Thebais. Ex Lib. I. Flo. electi.

B PRotinus attoniti fratrũ ſub pectore motus:
Gentileſq; aĩos ſubiit furor:egraq; lętis
Inuidia:atq; parẽs odii metus:inde regẽdi
Seuus amor:rupteq; uices:iuriſq; ſecũdi
Ambitus impatiens.& ſummo dulcius unũ
Stare loco:ſociiſq; comes diſcordia regnis.
Sic ubi delectos per torua armẽta iuuẽcos
Agricola impoſito ſociare affectat aratro
Illi indignantes quis nondũ uomere multo
Ardua nodoſos ceruix deſcẽdit in armos
In diuerſa trahũt:atq; æquis uincula laxant
Viribus:& uario cõfundũt limite ſulcos.
Haud ſecus indomitos p̃ceps diſcordia fratres
Aſperat:alterni placuit ſub legibus anni
Exilio mutare ducẽ:ſic iure maligno
Fortunã tranſire iubẽt:ut ſceptra tenentẽ
Fœdere p̃cipiti ſemp nouus augeret heres.
Hæc inter fratres pietas erat:hæc mora pugnæ
Sola:nec in regem pduratura ſecundũ.

Et nódum craſſo laquearia fulta metallo
Montibus:aut alte grais effulta nitebant
Atria:congeſtos ſatis explicitura clientes.
Non impacatis regum aduigilantia ſomnis
Pyla.nec alterna ferri ſtatione gemẽtes
Excubiæ:nec cura mero coniungere gẽmas:
Atq; aurum uiolare cibis:ſed nuda poteſtas
Armauit fratres:pugna eſt de paupe regno.

Spes anxia mentẽ C
Extrahit:& longo cõſumit gaudia uoto.
Ex.2.Statii Thebais Lib.

Nec liuida tabes D
Inuidiæ functis:q̄q̄ etiã lumine caſſis
Defuit.unus ibi ante alios cui leua uoluntas
Semp:& ad ſupos.hic & grauis exitus æui
Inſultare malis.rebuſq; egreſcere lętis.

Hoc ut fama loco pallentes deuius umbras E
Trames agit:nigriq; Iouis uacua atria ditat
Mortibus.archadii phibent ſi uera coloni.
Stridor ibi:& gemitus pœnarũ:atroq; tumultu
Feruet ager:ſæpe eumenidũ uoceſq;:manuſq;
In mediũ ſonuere diẽ.lœtiq; triformis
Ianitor:agricolas campis auditus abegit.

Exedere animũ dolor:iraq; demens: F

Et qua non grauior mortalibus addita cura
Spes ubi longa uenit:

Solue metus aĩo:dabitur (mihi crede) merentũ G
Conſiliis tranquilla dies:

H Pone modũ lętis:ſatis oſtro diues:& auro
Conſpicuus:tenuẽ germani paupis annũ
Riſiſti moneo regnoꝶ gaudia temet
Dedoceas:patienſq; fugæ mercare reuerti.

I O cęca nocentum
Conſilia o ſemp timidum ſcelus.

Ex Statii Thebais. Lib. 3.

K Inuigilant animo:ſceleriſq; parati
Suppliciũ exercẽt curæ. ¶ Tũc plurima uerſat
Peſſimus in dubiis augur timor.

L Quid craſtina uolueret ætas
Scire nefas homini:

M Deus ecce furẽtibus obſtat.

Ex Eiuſdem. 4.

N Tartareæ ſedes:& formidabile regnũ
Mortis inexpletę.tuq; o ſeuiſſime fratrũ
Cui ſeruire dati manes:æternaq; ſontum
Supplicia:atq; imi famulantur regia mũdi
Soluite pulſanti loca muta:
Audiris genitor:uulguſq; exangue ꝓpinquat
Panditur elyſium chaos:& telluris opertę.
Diſſilit umbra capax:ſiluæq;:& nigra pateſcũt
Flumina:liuentes acheron eiectat harenas.
Fumidus atra uadis phlegeton incẽdia uoluit:
Et ſtix diſcretis interflua manibus obſtat.
Ipſum pallentẽ ſolio:circũq; miniſtras
Funeſtoꝶ opeꝶ eumenides:ſtygiæq; ſeueros
Iunonis thalamos:& mœſta cubilia cerno.

In ſpeculis mors atra ſedet:dñoq; ſilentes
Adnumerat populos:maior ſupeminet ordo.
Arbiter hos dura uerſat cortinius urna O
Vera minis poſcẽs.agitq; expromere uitas
Vſq; retro:& tandẽ pœnaꝝ lucra fateri.
Quis enim remeabile ſaxum: P
Fallenteſq; lacus:tytionq; alimẽta uolucrũ:
Et caligantẽ longis ixyona giris Neſciat?
Ex.5.Statii Thebais.Lib.
Diis uiſum turbare domos.nec pectora culpa Q
Noſtra uacant:nullos ueneri ſacrauimus ignes
Nulla deæ ſedes:mouet & cœleſtia quondam
Corda dolor:lentoq; irrrepunt agmina pœnę
Talia cernẽti.mihi quãtus in oſſibus horror: R
Quiſue per ora color?qualis cũ cerua cruẽtis
Circũuenta lupis:nullum cui pectore molli
Robur:& inuolucri tenuis fiducia curſu
Præcipitat ſuſpenſa fugam:iam iãq; teneri
Credit:& eluſos audit cõcurrere morſus.
Niger omnibus aris S
Ignis:& in nullis ſpirat deus integer extis
Cuncta hæc ſuperũ demiſſa ſupma T
Mente fluũt:
Ex.6.Statii Thebais Lib.
Pulchrũ eſt.uitam donare minori. V
Ex.7.Eiuſdem.
Nec laudare ſatis:dignaſq; repẽdere grates A
Sufficiã:referẽt ſupi:

Ex.8.Statii Thebais Lib.

B Forte ſedés media regni infelicis in arce
Dux herebi:populos poſcebat crimina uitæ.
Nil hominũ miſerans/iratuſq; oibus umbris.
Stant furiæ circũ:uariæq; ex ordine mortes:
Sæuaq; multiſonas exertat pœna cathenas.
Fata ferũt animas:& eodé pollice damnãt.

C Si decidit hoſtis
Ire ſuper ſatis eſt:uitãq; relinquere uicto

D Omne homini natale ſolum

Ex.9.Eiuſdem.

E Mille modis lęti miſeros mors una fatigat.

Ex Eiuſdem.10.

F Nec habẽt extrema pudorẽ.

G Rara dari:terriſq; ſolet cõtingere uirtus.

H Dant clara meanti
Aſtra locum:

I Ille monet:ne frena aĩo ꝑmitte calenti
Da ſpatiũ:tenueq; morã:male cũcta miniſtrat
Impetus:hoc oro munus cõcede parenti.

Ex.11.Statii Thebais Lib.

K Adde morã ſceleri:& metire quod audes.

L Nondum ille pactis
Manibus.ultrices animã ſeruabat in iras:
Vtq; ſupſtantẽ/pronũq; in pectore ſenſit
Erigit occulte ferrum:uitæq; labantis
Relliquias tenues odio ſuppleuit:& enſem
Iam lętus fratri frater ſub corde reliquit.

Ite truces animæ:funeſtaqꝫ tartara lœto M
Polluite:& cunctas herebi cõſumite pœnas.
Ex Eiuſdem.12.
Nulla aũt effigies:nulli cõmiſſa metallo N
Forma dei:mẽtes habitare:& pectora gaudet.
Semp habet trepidos.ſemp locus horret egenis O
Cetibus.¶ Ignotæ tm̃ fœlicibus aræ.
Ex Statii Syluaꝝ Libris.Ex.1.Flores electi:
Soteria pro Rutilio Gallico.
Estis io ſuperi.nec inexorabile clotho P
Voluit opus:uidet alma pios aſtrea.Iouiqꝫ
Conciliata cadit:dubitataqꝫ ſydera cernit
Gallicus:es cœlo:diis es germanice cordi.
Qua nũc tibi paup acerra Q
Digna litẽ?nec ſi uacuet menania ualles:
Aut præſtent niueos clitũna noualia tauros
Sufficiã?ſed ſæpe deis hos inter honores
Ceſpes:& exiguo placuerũt farra ſalino.
Ex.2.Syluaꝝ Lib.Epicedion in Glauciã melioris.
Hic finis rapto quin tu iã uulnera ſedas: R
Et tollis merſum luctu caput?omnia functa:
Aut moritura uides:obeunt nocteſqꝫ:dieſqꝫ:
Aſtraqꝫ:nec ſolidis ꝓdeſt ſua machina terris:
Nã populus mortale genus:plebiſqꝫ caducæ
Quis fleat interitus?hos bella:hos æquora poſcũt:
His amor exitio.furor his:& ſæua cupido.
Vt ſileam morbos:hos ora rigentia brumæ.
Illos implacido lœtalis ſyrius igni.

Hos manet imbrifero pallens autũnus hiatu.
Quicqd habet ortus finẽ timet.ibimus omnes
Ibimus:ĩmenſis urnã quatit Aecus umbris.
℄ Aſt hic quẽ geminus fœlix:homineſq;:deoſq;:
Et dubios caſus:& cęcę lubrica uitæ
Effugit ĩmunis fati:nõ ille rogauit:
Nõ timuit:meruit ue mori.℄Nos anxia plębes:
Nos miſeri:qbus unde dies ſuprema:qs æui
Exitus incertũ:qbus inſtet fulmẽ ab aſtris:
Quæ nubes fatale ſonẽt:nil flecteris iſtis?
Sed flectere libens:

Surentinũ Pollii.

S Viue midæ gazis:& lydo ditior auro
Troica & euphratis ſupra diademata fœlix:
Quẽ nõ ambigui faſces:nõ mobile uulgus:
Non leges:nõ caſtra tenẽt:qui pectore magno
Spemq;:metũq; domas:uitio ſublimior omni
Exemptus fatis:indignantẽq; refellis
Fortunã:dubio quẽ non in turbine reꝶ
Deprendet ſupma dies:ſed abire paratũ:
Ac plenum uita.℄Nos uilis turba caducis'
Deſeruire bonis:ſempq; optare parati.
Spargimur in caſus:celſa tu mentis ab arce
Deſpicis errantes:humanaq; gaudia rides.
At nunc diſcuſſa reꝶ caligine:uerũ
Aſpicis:illo alii rurſus iactantur in alto.
At tua ſecuros portus:blandãq; quietem
Intrauit non quaſſa ratis:ſic pge:nec unq̃

Emeritā in noſtras puppem demitte procellas.
Diſcite ſecuri quoq; de pectore mixtæ T
In logum coiere faces:ſanctuſq; pudicæ
Seruat amicitiæ leges amor.

Arbor Atedii melioris.

Tu cuius placido poſuere in pectore ſedem V
Blandus honos:hilariſq; tñ cū pondere uirtus:
Cui nec pigra quies:nec iniqua potētia:nec ſpes
Improba:ſed medius p honeſta & dulcia limes:
Incorrupte fidē:nulloq; expte tumultus:
Et ſecrete palam:qui digeris ordine uitā:
Idem auri facilis cōtemptor:& optimus idē
Comere diuitias:opibuſq; īmittere lucem.
Hac longum florens animi:morūq; iuuenta
Illiacos æquare ſenes:& uincere perſta.

Pſitacus melioris.

Pſitace dux uolucrū:dñi facūda uoluptas X
Humanæ ſolers imitator pſitace linguæ.
Senio:nec feſſus inerti Y
Scandit odoratos phœnix fœlicior ignes.

Genethliacon.Lucani.

O ſæue nimiū graueſq; parcæ Z
O nūq̄ data feſta longa ſummis
Cur plus ardua caſibus patetis?
Cur ſæua uice:magna non ſeneſcūt?
Secure procul hinc abite mortes: A'
Hæc uitæ genialis eſt origo:
Cedat luctus atrox:geniſq; maneant.

Iam dulces lachrymæ:dolorq; feſſus
Quicquid fleuerat ante:nunc adoret.
Ex.3.Syluaꝝ Lib.Lachrymę Etruſci.
B Pater eſt qui flętur:adeſte
Diiq;:hominesq; ſacris:ꝓcul hinc ꝓcul ite nocẽtes.
Si cui corde nephas tacitũ:feſſiq; ſenectus
Longa patris:ſi quis pulſatæ cõſcius unq̃
Matris:& inferna rigidũ timet Aeacon urna
Inſontes:caſtoſq; uoco:
C Quid enim terriſq;:poloq;
Parẽdi ſine lege manet? uice cuncta gerunt:
Alterniſq; ꝑmunt:propriis ſub regibus omnis
Terra:ꝑmit fœlix regum diademata roma.
Hãc ducibus frenare datũ:mox creſcit in illos
Imperiũ ſupis.¶ Sed habẽt & numina legẽ.
Seruit & aſtroꝝ uelox chorus:& uaga ſeruit
Luna:nec iniuſſę toties redit orbita lucis.
D Fœlix o ſi longa dies:ſi cernere uultus
Natoꝝ:uiridiſq; genas tibi iuſta dediſſent
Stamina:ſed media cecidere abrupta iuuẽta
Gaudia:florẽteſq; manu ſcidit atropos annos:
Qualia pallentes declinant lilia culmos:
Albẽteſq; roſæ primos moriuntur ad auſtros
Aut ubi uerna nouis expirat purpura pratis.
E Ad manes ingrate fugis:nec flectere parcas:
Aut placare malæ datur aſpera numina lęthes.
Ad Claudiam uxorem.
F Iſſet ad illicitas(quid enim deterret amantes)

Penelope gauiſa domos ſi paſſus ulyxes.
Pax ſecura locis:& deſidis ocia uitæ: G
Et nūq̄ turbata quies:ſomniq; parati.
Nulla foro rabies:aut ſcita lygurgia leges
Mo℞ iura uiris:ſolū:& ſine faſcibus æquū.

Ex.4.Sylua℞ Lib.Epulū Domit.Euchariſticō.

Qua celebrē mea uota lyra? Quas ſoluere grates H
Sufficiam? nō ſi pariter mihi uertice lęto
Nectat odoratas:& ſmirna:& mantua laurus
Digna loquar:

Ad Marcellum.

Noſtra fatiſcit: I
Laxaturq; chelys:uires inſtigat/alitq;
Tempeſtiua quies:maior poſt ocia uirtus:
Talis cantata briſeide uenit achilles
Acrior:& poſitis erupit in hectora plectris.

Hercules uindicis epitrapezios.

Ha miſeri:quos noſſe iuuat:quid phaſidis ales K
Diſtet ab hiberna rhodopes grue:quis magis anſer
Exta ferat:cur tuſcus aper generoſior umbro.
Lubrica qua recubent conchilia mollius alga?
Nobis uerus amor:medioq; helicone petitus
Sermo:hilareſq; ioci brumalē abſumere noctē
Suaſcrūt:mollēq; oculis expellere ſomnū.

Ex.5.Sylua℞ Lib.Abaſcātii i Priſcillā pietas.

Sera quidē tanto ſtruitur medicina dolori. L
Altera cū uolucris phœbi rota torqueat annū.
Sed cū plaga recēs:& adhuc in uulnere primo

Nigra domus q̄ſtu:miſerāq; acceſſus ad aurē
Coniugis orbati.tūc flere:& ſcindere ueſtes:
Et famulos laſſare greges:& uincere planctus:
Fataq;:& iniuſtos rabidis pulſare querelis
Cęlicolas:ſolamen erat:licet ipſe leuandos
Ad gemitus ſyluis comitatus:& amnibus orpheus
Adforet:atq; omnis pariter matertera uatem
Omnis apollineus tegeret:bacchiq; ſacerdos.
Nil cantus:nil fila deis pallentis auerni:
Eumenidūq; audita comis:mulcere ualerēt
Tantus in attonito regnabat pectore luctus.
M Laudentur proauis:ſeu pulchro munere formæ:
Quæ moꝝ caruere bonis:falſoq; potentes
Laudis egent ueræ:tibi q̄q̄:& origo niteret:
Et fœlix ſpecies:multūq; optanda maritis:
Ex te maior honos:unū nouiſſe cubile.
Vnū ſecretis agitare ſub oſſibus ignem:
Illum nec phrygius uitiaſſet raptor amorē:
Dulichiiue proci:nec qui fraternus adulter
Caſta Myceneo connubia polluit auro.
Si babilonis opes:lydæ ſi pondera gazæ:
Indorūq; dares:ſerūq;:arabūq; potentes
Diuitias:mallet cū pauptate pudica
Intemerata mori:uitāq; rependere famæ.
Nec frons triſte rigēs:nimiuſq; in moribus horror
Sed ſimplex:hilariſq; fides:& mixta pudori
Gratia.quod ſi anceps metus ad maiora uocaſſet
Illa uel armiferas pro coniuge lęta cateruas:

Fulmineoſq; ignes:mediiq; pericula ponti
Excipet:melius quod non aduerſa probarunt.
Vidit qui cuncta ſuoꝝ N
Nouit:& inſpectis ambit latus omne miniſtris:
Nec mirũ:uidet ille ortus:obituſq;:quid arctos:
Quid boreas hibernus agat:ferriq;:togæq;
Conſilia:atq; ipſam mentẽ probat:
Qualem te ſupi priſcilla:homineſq; benigno O
Aſpexere die:cũ primũ ingentibus actis
Admotus cõiunx:uiciſti gaudia cænæ.
¶ Non tñ hic cunctata quies:probitaſue ſecũdis
Intumuit:tenor idẽ aĩo:moreſq; modeſti
Fortuna creſcente manent:
Quis nã impacata cõſanguinitate ligauit P
Fortunã:inuidiãq; deus?quis iuſſit iniquas
Aeternum bellare deas?nullam ne notauit.
Illa domũ:toruo quã nõ hæc lumine figat
Protinus?& ſęua ꝑturbet gaudia dextra.
Florebant hilares:incõcuſſiq; penates
Nil mœſtũ:quid enim quãuis infida:leuiſq;
Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri?
Inuenere uiam liuentia fata:piũq;
Intrauit uis ſæua larẽ:ſic plena maligno
Afflantur iumẽta noto:ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio:rapidę ſic obuia puppi
Inuidet:& uelis adnubilat arua ſecũdis.
Carpitur eximiũ fato priſcilla decorem Q
Qualiter alta comã ſyluaꝝ gloria pinus:

Seu Iouis igne malo:ſeu iam radice ſoluta
Deficit:& nulli ſpoliata remurmurat auræ.
R Quid ꝓbitas:aut caſta fides?qd numia ꝓſunt
Culta deum?furuæ miſerã circũundiq; lœti
Vallauere plagæ:tenuantur dura ſoroꝝ
Litia:& exacti ſupeſt pars ultima fili.
Nil famuli cœtus:nil ars opoſa medentũ
Auxiliata malis:
S Heu durus fati tenor:eſt ne quod illi
Non liceat?quantę poterant mortalibus annis
Acceſſiſſe morę:ſi tu pater omne teneres
Arbitriũ:cęco gemeret mors clauſa baratro.
Longius:& uacuæ poſuiſſent ſtamina parcæ.
T Parce precor lachrymis:ſęuo nec comite plantu
Pectora:nec crucia fugientẽ cõiugis umbrã
Sic ego nec furias:nec deteriora uidebo
Tartara:& helyſias fœlix admittar ad oras.

Protrepticon ad Criſpinũ.

V Quẽ non corrũpit pubes efrena:nouæq;
Libertas properata togæ?ceu neſcia falcis
Sylua comas tollit:fructũq; expirat in umbras.
X Mortalia quiſqs
Pectora ſero uidet:nec primo in limine ſiſtit
Conatus ſceleꝝ:atq; animos infanda parantes
Excitat illa die ſæuo.

Ex Libro.I.Satii Achilleidos.

Y NE pete dardanias fruſtra theti mergere puppes
Fata uetant:ratus ordo deis miſcere cruẽtas

Europæq; aſiæq; manus:conſultaq; bella
Iuppiter:& triſtes edixit cedibus annos
Nec latet hauſtus amor:ſed fax uibrata medullis: Z
In uultus atq; ora redit:lucēq; genarum
Tingit:& impulſum tenui ſudore perrat.

Ex.C.Valerii Flacci Argonauticō Libris.Ex.1.flo.ele.

SI qua operii tanti dn̄o conſurgere ponto A
Fama queat:tu ſola aīos mentēq; puris
Gloria:te uiridē uidet:īmunēq; ſenectæ
Phaſidis in ripa ſtantē:iuueneſq; uocantē.
Vix ea fatus erat.iungit cū talia ductor B
Aeſonius:ſuperum quando conſulta uidetis
O ſocii:quantiſq; datur ſpes maxima cęptis
Vos quoq; nūc uires:animoſq; afferte paternos.
¶ Non mihi theſſalici impietas culpanda tyrāni
Suſpectiue doli:deus hæc deus omine dextro
Impat:ipſe ſuo uoluit cōmertia mūdo
Iuppiter:& tantos hominū miſcere labores.
Ite uiri mecū:dubiiſq; euincite rebus:
Quæ meminiſſe iuuet:nr̄iſq; nepotibus inſtent.
Tum genitor:uetera hæc nobis:& condita pgunt C
Ordine cūcta ſuo:reꝝq; a principē curſu Fixa manēt:
Tendite in aſtra uiri.mea primū regia mūdo D
Iapeti poſt bella trucis:phlegræq; labores
Impoſuit durū uobis iter:& graue cœli
Inſtitui.ſic ecce meus ſic orbe peracto
Liber:& exptus terras remeauit apollo.
Ingenti iacet ore chaos:quod pondere feſſam E

Materiē:lapſumq; queat conſumere mundū.
Hic geminæ æternū portæ:quaꝝ altera dura
Semp lege patens populos:regeſq; receptat.
F Aſt aliam tentare nephas:& tendere contra:
Rara:& ſponte patet:ſi quādo pectore ductor
Vulnera nota gerēs galeis pręfixa:rotiſq;
Cui domus:aut ſtudiū mortales pellere curas
Culta fides:longeq; metus:atq; ignota cupido.
Seu uenit in uittis:caſtaq; in ueſte ſacerdos
Quos omnes lenis plantis:& lampada quaſſans
Progenies athlantis agit.lucet uia late
Igne dei:donec ſyluas:& amœna pioꝝ
Deueniant:campoſq; ubi ſol totūq; per annum
Durat aprica dies:thyaſiq;:choriq; uiroꝝ:
Carminaq;:& quoꝝ populis iā nulla cupido.

Ex.2.C.V.Flacci Lib.

G Hæc ubi dicta dedit:cereris tum munere feſſas
Reſtituūt uires:& parco corpora baccho.
H Stabilē qn̄ optima facta
Dant animū:maiorq; piis audacia cęptis.

Ex.3.C.V.Flacci Lib.

I Illi aūt:neq; adhuc gemitus:neq; conſcia facti
Ora leuant:tenet exangues rigor horridis artus.
K Reꝝ labor oīs in auras
Soluitur:& celſis collucēt equora flāmis.
Hoc uolucrūq; minę:præſagaq; flumina longo
Acta mari tulerant.¶Sed qs nō prima refellat
Monſtra deū:longoſq; ſibi non auguret annos.

Bis zephiri iam uela uocant.fiducia mœſtis L
Nulla uiris:ægro aſſidue mens carpit́ eſtu.
C Ipſe etiã æſonides:q̃q̃ triſtiſſima reꝝ
Caſtigãda duci:uultuq; præmẽda ſereno
Dulcibus indulget lachrymis:apitq; dolorẽ.
Dicam ait:ac penitus cauſas:labẽq; docebo M
Mopſus ad aſtra tuẽs.nã ſi mortalia membra:
Sortituſq; breues:& parui tẽpora fati
Perpetimur:ſocius ſupi quondã ignis olympi.
Fas ideo miſcere neces:ferroq; morantes
Exigere hinc animas:redituraq; ſemina cœlo.
Quippe nec inuẽtos:nec in ultima ſoluimur oſſa N
Ira manet:duratq; dolor.C Cũ deinde tremẽdi
Ad ſolium uenere iouis:queſtuq; nefandam
Edocuere necẽ.C Patet ollis ianua lethi:
Atq; iteꝝ remeare licet.comes una ſoroꝝ
Additur:& pariter terras:atq; æquora luſtrant.
C Quiſq; ſuos ſontes:inimicaq; pectora pœnis
Implicat.& uaria meritos formidine pulſant.
At quibus inuito maduerũt ſanguine dextræ
Si fors ſæua tulit miſeros:uel proxima culpa:
Hos uariis mens ipſa modis agitet:ſua carpũt
Facta uiros reſides.etiã nil amplius auſi
In lachrymas:humileſq; metus:egrãq; fatiſcũt Segnitiẽ
Enſifer hic:atraq; ſedẽs in ueſte celenus O
Inſontes errore luit.culpãq; remittens:
Carmina turbatos uoluit placantia manes.
Ex.4.C.V.Flacci Libro.

P Surge age:& in duris aut unq̃ defice.coelo
Mox aderis:teq; aſtra ferẽt.℄Tu ſemp amoris
Sis memor:& cari comitis ne abſcedat imago.

Q Bebricas extẽplo ſpargit fuga:nullus adẽpti
Regis amor montẽ celeres:ſyluáq; capeſcũt.

R Sed te non animus:nec ſolis uiribus æquũ
Credere:ſæpe acri potior prudẽtia dextra.

S Ipſe per arma uolans:te per iuga ſumma carinæ
Hortatur:ſupplexq; manus intendit Iaſon
Nomine quẽq; premẽs.ubi nũc ꝓmiſſa ſupba
Ingenteſq; minæ:mecũ quibus iſta ſecuti
Idẽ animi certe uiſo timor omnibus antro
Pertulerat:ſtetimus tñ.℄Et deus affuit auſis
Quin iteꝝ idem aderit credo deus.

Ex.5.C.V.Flacci Libro.

T Territat ante monẽs ſemp deus:& data ſeri
Signa mali:

V Nec uulgi cura tyrãno
Dum ſua ſit modo tuta ſalus:

X Nox hominũ genus:& duros miſerata labores
Retulerat feſſis optata ſilentia terris.

Y Rebus ſemp pudor abſit in arctis.

A Alciden ſtheleno ipſe ſatus:tñ aſpa regum
Perpetimur iuga:nec melior parere recuſo.

B Eſt amor:& reꝝ cunctis tutela ſuaꝝ.

Ex.6.Eiuſdem.

C Nulla coelum repabile gaza.

Ex.7.Eiuſdem.

Noxq; ruit ſoli ueniens nõ mitis amanti. D
Cum gemitu:& multo iuueni medicamina fletu E
Non ſecus:ac patriã pariter:famãq;:decuſq;:
Obicit.ille manu ſubit:& uim corripit omnẽ.
Inde ubi fata nocẽs.¶Et non reuocabilis unq̃
Ceſſit ab ore pudor:ꝓpiorq; impleuit erynis.
Sis memor oro mei:cõtra memor ipſa manebo F
Crede tuĩ:

Ex Libris Manilii aſtronomicõ.Ex.i.Flores ele.

TVm qui tẽpla ſacris coluerũt omne per æuũ: G
Delectiq; ſacerdotes in publica uota
Officio uinxere deum:quibus ipſa potẽtis
Numinis accendit caſtam præſentia mentẽ:
Inq; deum deus ipſe tulit:patuitq; miniſtris.
Poſtq̃ omnis cœli ſpecies redeũtibus aſtris H
Percepta in proprias ſedes:& reddita certis
Fatoꝝ ordinibus ſua cuiq; potentia formæ
Per uarios uſus artem expientia fecit
Exemplo monſtrante uiam:ſpeculataq; longe
Deprędit tacitis dominantia legibus aſtra:
Et totum alterna mũdũ ratione moueri:
Fatorũq; uices certis diſcernere ſignis.
Nam rudis ante illos nullo diſcrimine uita
In ſpeciem conuerſa operũ ratione carebat:
Et ſtupefacta nouo pendebat lumine mũdi:
Nec dum etiã doctas ſolertia fecerat artes.
Sed cũ longa dies acuit mortalia corda: I
Et labor ingeniũ miſeris dedit.& ſua quęq;

Aduigilare ſibi iuſſit fortuna pręmendo
Seducta in uarias certarũt pectora curas:
Et quodcũqꝫ ſagax tentando repit uſus.
K Omnia conando docilis ſolertia uicit:
Nec prius impoſuit rebus:finẽqꝫ manũqꝫ:
Quã cœlum aſcẽdit ratio:cœpitqꝫ profundis.
Naturam reꝝ cauſis:uiditqꝫ quod uſq̃ eſt.
L Sed facies quæcũqꝫ tamẽ ſub origine reꝝ
Conuenit:& certo digeſtũ eſt ordine corpus.
¶ Ignis in æthereas uolucer ſe ſuſtulit auras:
Sũmaqꝫ cõplexus ſtellantis culmina cœli
Flãmaꝝ uallo naturæ mœnia fecit.
¶ Proximus in tenuis deſcẽdit ſpũs auras:
Aeraqꝫ extẽdit mediũ per inania mundi.
Ignẽ flatus alit uicinis ſubditus aſtris.
¶ Tertia ſors undas ſtrauit:flatuſqꝫ natantis
Aequore ꝓfudit:toto naſcentia ponto
Vt liquor exhalet tenuis:atqꝫ euomat auras:
Aeraqꝫ ex ipſo ducentẽ ſemina paſcat.
¶ Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus:
M Eſt igitur tellus mediã ſortita cauernam
Aeris:& toto pariter ſublata profundo.
Nec patulas diſtẽta plagas:ſed cõdita in orbẽ
Vndiqꝫ ſurgentẽ pariter:pariterqꝫ cadentẽ:
Hæc eſt naturæ facies.ſic mũdus & ipſe
In cõuexa uolans teretes facit eſſe figuras
Stellaꝝ:ſoliſqꝫ orbẽ.lunæqꝫ rotundũ.
N Hæc æterna manet,diuiſqꝫ ſimillima forma

Cui neq; principiũ eſt uſq̃:nec finis in ipſo
Sed ſimilis toto remanet:perq; omnia par eſt.
Hoc opus imenſi conſtructum corpore mũdi O
Membraq; naturæ diuerſa condita forma
Aeris atq; ignis:terræ:pelagiq; iacẽtis
Vis animæ diuina regit:ſacroq; meatu
Conſpirat deus:& tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes.
Altera ut alterius uires faciatq;:feratq;:
Sũmaq; per uarias maneant cognata figuras.
Aurato princeps Aries in uellere fulgẽs P
Reſpicit admirans aduerſum ſurgere taurum.
Sũmiſſo uultu geminos:& fronte uocantem
Quos ſequit᷑ cancer.cancrũ leo:uirgo leonem.
Aequato tum libra die cũ tẽpore noctis
Attrahit ardenti fulgentẽ ſcorpion aſtro
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo uolucrẽ:miſſurus iãq; ſagittam.
Tum uenit anguſto capricornus ſydere flexus:
Poſt hũc inflexam diffundit aquarius urnam
Piſcibus aſſuetas auide ſubeuntibus undas
Quos aries tangit claudentes ultima ſigna.
Quicqd ſubduxit flãmis natura:pepcit Q
Succubitura oneri:formas diſiungere tm̃
Contenta.ut ſtellis oſtẽdere ſydera certis
Linea deſignat ſpẽs:atq; ignibus ignes
Reſpõdẽt:media extremis:atq; ultima ſummis.
Nec quicquã in tanta magis eſt mirabile molle:

Quã ratio:& certis quod legibus oĩa parẽt:
Nuſq̃ turba nocet:nihil illis partibus errat
Latius:aut leuius mutatoue ordine fertur
Quid tã cõfuſum ſpecie.qd tã uice certũ eſt?
R Ac mihi tã præſens ratio non ulla uidetur:
Qua pateat mundũ diuino numine uerti:
Atq; ipſum eſſe deũ:nec forte coiſſe magiſtra:
Vt uoluit credi:qui primus mœnia mũdi
Seminibus ſtruxit minimis inq; illa reſoluit
Equis:& maria:& terras:& ſydera cœli:
Aetheraq; ĩmenſos fabricantẽ finibus orbes
Soluentẽq; alios conſtare.& cuncta reuerti
In ſua principia:& rerũ mutare figuras.
Quis credat tantas operũ ſine numine molles
Ex minimis:cęcoq; creatũ fœdere mundũ?
Si ſors iſta dedit nobis:ſors ipſa gubernet.
At cur diſpoſitis uicibus conſurgere ſigna:
Et uelut impio præſcriptos reddere curſus
Cernimus:ac nullis propantibus ulla relinq?
Cur eadẽ æſtiuas exornant ſydera noctes
Semp:& hibernas eadẽ:certãq; figuram:
Quiſq; dies reddit mũdo:certãq; relinquit?
S Quot poſt excidium troiæ ſunt eruta regna?
Quot capti populi?quotiẽs fortuna per orbẽ
Seruitium:imperiũq; tulit:uariæq; reuertit?
Troianos cineres inquantũ oblita refouit
Imperiũ.fatis aſiæ iam græcia pręſſa eſt.
Sæcula dinumerare piget:quotienſq; recurrẽs

Luſtraret mundũ uario ſol igneus orbe.
Omnia mortali mutantur lege creata:
Nec ſe cognoſcũt terræ uertentibus annis
Exutas uariam faciem per ſæcula gentes.
At manet incolumis mũdus:ſuaq; oĩa ſeruat: T
Quæ nec longa dies auget:minuitq; ſenectus:
Nec motus puncto currit:curſuſq; fatigat
Idem ſemp erit:qm̃ ſemp fuit idem.
Non alium uidere patres:aliũ ue nepotes
Aſpicient.¶Deus eſt qui nõ mutatur in æuo.
Nũq̃ tranſuerſas ſolẽ decurrere ad arcthos:
Nec mutare uias:& in ortum uertere curſus:
Auroráq; nouis naſcentẽ oſtẽdere terris:
Nec lunã certos excedere luminis orbes:
Sed ſeruare modũ:quo creſcat:quo ue recedat:
Nec cadere in terrã pendentia ſydeta cœlo.
An fortes animæ:dignataq; nomina cœlo. V
Corporibus reſoluta ſuis:terræq; remiſſa
Huc migrant ex orbe:ſuũq; habitantia cœlum
Aethereos uiuũt annos:mũdiq; fruũtur:
Atq; hic æacidas:hic ueneramur atridas:
Tydidẽq; ferũ:terræq;:mariſq; triũphis
Naturæ uictorẽ Ithacũ:piliũq; ſenecta
Inſignẽ triplici:danaũq; ad pergama reges
Caſtra ducũ:& cœli:uictãq; ſub hectore troiã:
Auroręq; nigrũ partũ:ſtirpẽq; tonantis:
Rectorẽ lyciæ:nec te mauortia uirgo
Prærercam:regeſq; alios quos græcia miſit:

Atq; aſiæ gentes:& magno maxima bella:
Quiq; animi uires:& ſtrictas pondere mentis
Prudētes habuere uiri:quibus omnis in ipſis
Cenſus erat.iuſtuſq; ſolon:fortiſq; lygurgus
Aethereuſq; platon:& qui fabricauerat illum.
Damnatuſq; ſuas melius damnauit athenas.
Perſidis & uictor:ſtrarat:qui claſſibus æquor:
Romaniq; uiri:quoꝝ iam maxima turba eſt:
Tarquinioq; minus reges:& horatia proles.
Tota acies partus:nec nō & ſcęuola trunco
Nobilior:maiorq; uiris:& celia uirgo.
Et romana ferox qui texit mœnia cocles:
Et cū militia uolucris coruinus adeptus:
Et ſpolia:& nomē:qui geſtat in alite phœbū:
Et Ioue qui meruit cœlum:romāq; camillus
Seruādo poſuit.brutuſq; a rege receptæ
Conditor.& pyrrhi per bella papirius ultor
Fabricius:curiuſq; pares:& tertia palma
Marcellus:coſſuſq; prior de rege necato
Certantes decii uotis:ſimileſq; triūphis.
Inuictuſq; mora Fabius.uictorq; necati
Liuius haſdrubalis ſocio per bella nerone:
Scipiadeq; duces fatū carthaginis unū:
Pompeiuſq; orbis domitor:per triſq; triūphos
Ante deū princeps:& cenſu tullius oris
Emeritus cœlos:& claudia magna ꝓpago:
Emilięq; domus proceres:clariq; metelli:
Et Cato fortunæ uictor:matriſq; ſub armis

Miles agryppa ſuæ:ueneriſq; ab origine ꝓles
Iulia deſcēdit cœlo:cœlūq; repleuit.
Q uod regit auguſtus ſotio per ſigna tonante
Cernit & in cętu.diuū:magnūq; quirinū
Altius ætherei qua candet circulus orbis
Illa deum ſedes:hæc illis ꝓxima diuum:
Q ui uirtute ſua ſimiles ueſtigia tangūt.

Ex.2.Manilii Libro.

Maximus iliacę gentis certamina uates X
Ore ſacro cæcinit patriā:& ſua iura petentē
Dum dabat eripuit:cuiuſq; ex ore ꝓfuſo.
Omnis poſteritas latices in carmina duxit:
Amnēq; in tenuis auſa eſt deducere riuos
Vnius fœcunda bonis:
Noſtra loquar:nulli uatū debebimus ora. Y
Nec furtū:ſed opus ueniet:ſoloq; uolamus
In cœlū curru:propria rate pellimus undas.
Nāq; canā tacita naturæ mente potentē:
Infuſumq; deum cœlo:terriſq;:fretoq;
Ingentē æquali moderantē fœdere mollem:
Totūq; alterno conſenſu uiuere mundū:
Et rationis agi motu.cum ſpiritus unus
Per cunctas habitet partis:atq; irriget orbē
Omnia peruolitans:corpuſq; animale figuret
Q uod niſi cognatis mēbris cōtexta maneret
Machina:& impoſito pareret tota magiſtro.
Ac tm̄ mundi regeret prudentia ſenſum:
Non eſſet ſtatio terris:nō ambitus aſtris

Hereretq; uagus mũdus:ſtandoq; rigeret:
Nec ſua diſpoſitos ſeruarẽt ſydera curſus:
Noxq; alterna diẽ fugeret:rurſumq; fugaret:
Non imbres alerẽt terras.non æthera uenti:
Non pontus grauidas nubes:nec flumina pontũ:
Nec pelagus fontis:nec ſtaret ſumma per omnis
Pars ſemp partes æquo digeſta parẽte.
Vt neq; deficerent undę:nec ſydera nobis:
Nec cœlum iuſto maiuſ ue:minu ſ ue uolaret
Motus alit:non mutat opus.ſic omnia toto
Diſpenſata manẽt mũdo:dominũq; ſequũtur
Hic igit᷑ deus:& ratio quæ cuncta gubernat:
Ducit ab æternis terrena animalia ſignis:
Q uæ q̃q̃ longo cogit ſummota receſſu
Sentiri tamẽ:ut uitãq; ac fata miniſtrẽt
Gentibus:ac ꝓprios ꝑ ſingula corpora mores.
Nec minus eſt quærẽda fides ſic tẽperat arua
Cœlum:ſic uarias fruges redditq;:rapitq;:
Sic pontũ mouet:& terris ĩmittit:& aufert.
A Ad lunę motũ uariant aīalia corpus:
B Deniq; ſic pecudes:& muta animalia terris
Cum maneant ignara ſui:legiſq; ꝑ æuũ
Natura tñ ad mundũ reuocante parentẽ
Attollunt animos:cœlũq; ac ſydera ſeruant:
Corporaq; ad lunæ naſcẽtis cornua luſtrant:
Venturaſq; uidẽt hyemis:reditura ſerena:
C Q uis dubitet poſt hæc hominẽ cõiungere cœlo?
Eximiam natura dedit linguãq;:capaxq;

Ingeniũ:uolucrẽq; animũ:quẽ deniq; in unũ
Deſcẽdit deus:atq; habitat:ipſumq; requirit.
Mitto quod certũ eſt:& ineuitabile fatum. D
Sed ne circuitu longo manifeſta probenẽ E
Ipſa fides operi faciet:pondusq; fidẽq;
¶ Nã neq; decipitur ratio:nec decipit unq̃:
Quod fortuna ratũ faciat:quis dicere falſum F
Audeat? & tantæ ſuffragia uincere ſortis?
Hæc ego diuino cupiam cũ ad ſydera flatu G
Ferre:nec in turbã:nec turbę carmina condam:
Sed cœlo noſcẽda canã mirantibus aſtris:
Et gaudente ſui mundo per carmina uatis:
Vel quibus illa ſacros nõ inuidere meatus:
Notitiãq; ſui:minima eſt quæ turba p orbẽ:
¶ Illa fuit quæ diuitias:quæ deſpicit aurum
Impia:& faſces:mollẽq; per ocia luxum:
Et blandis aduerſa ſonis:dulcẽq; per aures
Affectum:& modico noſcẽda ad fata labore:
Non licet a minimis animũ deflectere cauſis: H
Nec quicq̃ rationis eget.fruſtra ue creatum.
Quod ſi ſolerti circũſpicis omnia cura: I
Fraudata inuenies amiſſis ſydera mẽbris:
Scorpius in libra cõſumit brachia:Taurus
Succidit in curuo claudus pede:lumina cancro
Deſunt:Centauro ſupeſt:& quæritur unum.
Sic noſtros caſus ſolatur mũdus in aſtris:
Exẽploq; docet patienter damna ſubire:
Omnis cũ cœlo fortunæ pendeat ordo:

Ipſaq; debilibus formentur ſydera mēbris.
K Idcirco nihil ex ſe met natura creauit
Pectore amicitiæ maius.nec rarius unq̄:
Vnus erat pylades:unus qui mallet horeſtes
Ipſe mori:lis.una fuit per ſæcula mortis
Alter quod rapet fatum:nō cederet alter:
Et duo:qui potuere ſequi uix noxia pœnis:
Optauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti:
Sponſorēq; reus timuit.ne ſolueret ipſum.
L Perq; tot ætates hominū:tot tēpora:& annos
Tot bella:& uarios etiā ſub pace labores:
Cum fortuna fidē quærat:uix inuenit uſq̄.
At quanta eſt ſceleꝝ molles per ſæcula cuncta:
Quāq; onus inuidię:nō excuſabile terris.
Venales ad fata patres:matrūq; ſepulchra
Impoſuit phœbus noctem:terraſq; reliquit.
Quid loquar euerſas urbis:& prodita tēpla:
Et uarias pacis clades:& mixta uenena
Inſidiaſq; fori:cędes:in mœnibus ipſis:
Et ſub amicitiæ graſſantē nomine turbā.
In populo ſcelus eſt:& habūdāt cuncta furore
Et fas:atq; nephas mixtū:legeſq; p ipſas
Sæuit nequities:pœnas iam noxia uincit.
Scilicet in multis qm̄ diſcordia uincit
Corpora naſcuntur:pars & ſublata per orbē
Et fidei rarum fœdus:paciſq; tributum:
Vtq; ſibi cœlum:ſic tellus diſſidet ipſa:
Atq; hominū gentes inimica ſorte feruntur.

Ex.3.Manilii Libro.

Facile eſt uentis dare uela ſecũdis M
Fœcundũq; ſolum uarias agitare per artis:
Auroq;atq; ebori decus addere:cũ rudis ipſa
Materies niteat:

Huc ades o quicũq; meis aduertere cœptis N
Aurẽ:oculoſq; potes:ueras & pcipe uoces.
Non ad iuratos reges troiãq; cadentẽ
Impendas animũ nec dulcia carmina quæras
Ornari res ipſa negat:contenta doceri.

Idcirco tanta eſt reꝝ diſcordia in æuo: O
Et ſubtexta malis bona ſunt.lachrymæq; ſequunt
Vota:nec in cunctis ſeruat fortuna tenorẽ.
Vſq;adeo pmixta fluit:nec pmanet uſq̃:
Amiſſitq; fidẽ uariando cuncta per omnes.
Non annis anni.nõ menſes mẽſibus uſq;
Conueniũt:ſeq; ipſe dies:aliũq; relinquit:
Horaq; nõ ulli ſimilis producitur horæ.

Ex.4.Manilii Libro.

Quid tam ſollicitis uitam cõſumimus annis? P
Torquemurq; metu:cęca cupidine rerum:
Aeterniſq; ſenes curis dum quærimus æuum
Perdimus:& nullo uotoꝝ fine beati
Victuros agimus ſemp:nec uiuimus unq̃:
Paupiorq; bonis quiſquis eſt:qui plura requirit
Nec quod habet numerat:tm̃ quod nõ hẽt optat.
Cũq; ſui paruos uſus natura repoſcat
Materiã ſtruimus magnæ per uota ruinæ

Luxuriā lucris emimus:luxuq; rapinas:
Et ſummū cenſus ꝑciū eſt effundere cenſum.
Soluite mortales animos:curaſq; leuate:
Totq; ſupuacuis uitam deflete querellis.
Fata regūt orbē:certa ſtant omnia lege:
Longaq; per certos ſignantur tēpora curſus
Naſcētes morimur:finiſq; ab origine pendet.
Tunc & opes:& regna fluūt:& ſæpius orta
Pauptas.arteſq; date:moreſq; creati:
Et uitia:& clades:damna:& cōpēdia uitę
Nemo caret damno:poterit nec habere negatū:
Fortunā ue ſuis inuitā pendere uotis:
Aut fugere inſtantē.ſors eſt ſua cuiq; ferēda:
At niſi fata darent leges uitæq;neciſq;:
Fugiſſent ignes Aeneā: Troia ſub uno
Non euerſa uiro fatis uiciſſet in ipſis.
Aut lupa proiectos nutriſſet martia fratres:
Romaq; ſic enata foret:pecudūq; magiſtri
In capitolinos auxiſſent culmina montis.
Includi ue ſua potuiſſet Iuppiter arce
Captus:uel caput hic orbis foret.igne ſepulto
Vulneribus uictor repetiſſet mutius urbē:
Solus & oppoſitis clauſiſſet horatius armis
Pontē:urbēq; ſimul:rupiſſet fœdera uirgo:
Treſq; ſub unius fratres uirtute iacerēt.
Nulla acies tūc euicit:pēdebat ab uno
Roma uiro:regnūq; orbis ſortita iacebat:
¶ Quid referā cannas:admotaq; mœnibus arma

Varroneq; pigrũ:magnũ ꝙ uiuere poſſet.
Poſtq; tuos traſimene lacus:fabiũq; morantẽ
Accepiſſe iugũ uictas carthaginis arces.
Spectatũ hãnibalem noſtris cecidiſſe cathenis
Exiliũq; rogi furtiua morte luiſſe.

❡ Et cimbrũ in mario:mariũq; in carcere uictum:
Quod cõſul totiens:exul:ex exule cõſul.
Et iacuit lybicis compar iactura ruinis
Atq; crepidinibus cœpit carthaginis urbem
Hoc niſi fata darent:unq̃ fortuna tuliſſet?

❡ Quis te niliaco periturũ littore magne
Poſt uictas mitridatis opes:pelaguſq; receptũ:
Et tres emenſo meritos ex orbe triũphos.
Cũq; etiã poſſes alium cõponere magnũ
Crederet:ut corpus ſepeliret naufragus ignis:
Et collecta rogum facerẽt fragmẽta carinæ:
Quis tñ mutare poteſt ſine numine fati?

❡ Ille etiã cœlo genitus:cœloq; receptus
Cum bene cõpoſitis uictor ciuilibus armis
Iura toge regeret:totiens prædicta cauere
Vulnera non potuit toto ſpectante ſenatu
Inditium dextra retinens:nomẽq; cruore
Deleuit proprio:poſſent ut uincere fata.

❡ Quid numerẽ euerſas urbes:regũq; ruinas?
Inq; rogo crœſum:priamũq; in littore truncũ
Cui nec troia rogus:quid Xerſem maius & ipſo
Naufragiũ pelago? quid captos agmine reges?
Mora ſæpe maloꝝ. Dat cauſas

R

S Ecce patrẽ nati perimunt:natoſq; parentes:
Mutuaq; armati coeũt in uulnera fratres.
T Vt ueniant gẽmæ totus tranſibitur orbis
Nec lapidum pretio pelagus cœpiſſe pigebit
Annua ſollicitì conſumant uota coloni:
Et quantæ mercedis erũt fallacia rura.
Q uæremus lucrũ nauis mortẽq; ſequemur
In prædas.pudeat tanto bona uelle caduca.
Luxuriæ quoq; eſt hoc.uigilatq; ruinis
Venter.& ut pereant ſuſpirant ſæpe nepotes.
A Q uid cœlo dabimus? q̃tũ eſt:q̃d ueneat omne?
Impẽdẽdus homo eſt:deus eſſ: ut poſſit in ipſo.
B Eſt æquale nihil:terrenos aſpice tractus:
Et maris:& notis fugientia flumina ripis
Crimẽ ubiq; freques:& laudi noxia iuncta eſt.
Sic ſterilis terris lętis interuenit annus
Ac ſubito rũpit paruo diſcrimine fœtus:
Et modo portus erat pelagi iã facta carybdis:
Laudatiq; cadit poſt paulum gratia ponti:
Et nũc per ſcopulos:nũc campos labit amnis:
Aut faciẽs iter:aut quærẽs uenit ue redit ue.
C Iam nuſq̃ natura latet:puidimus oẽm:
Et capto potimur mũdo.noſtrũq; parentẽ
Pars ſua cõſpicuus:genitiq; accedimus aſtris.
An dubiũ eſt habitare deũ ſub pectore noſtro?
In cœlũq; redire animas:cœloq; uenire?
Vtq; ſit ex omni cõſtructus corpore mũdus
Aetheris:atq; ignis ſummi:terræq;:mariſq;

Spiritũ & in toto rapidũ:qui iuſſa gubernat.
Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis:
Sanguineaſq; animas:animi qui cuncta gubernat:
Diſpenſatq; hominẽ:quid mirũ noſcere mũdũ
Si poſſunt homines:quibus eſt & mũdus in ipſis?
Exẽplũq; dei quiſq; eſt & in imagine parua?
An quoq̃ genitos:niſi cœlo credere fas eſt
Eſſe homines? ¶ Proiecta iacent animalia cuncta
In terra:uel merſa uadis:uel in aere pendent
Omnibus una quies uenter:ſenſuſq; per artus:
Et quia conſilium nõ eſt:& lingua remiſſa.
Vnus & inſpectus rex:uireſq; loquendi:
Ingeniũq; capax uarias educit in artis:
Hic partus:qui cuncta regit ſeceſſit in orbẽ:
Et domuit terrã ad fruges:animalia cœpit:
Impoſuitq; uiam ponto:ſtetit unus in arce
Erre&tus capitis:uictorq; ad ſydera mittit
Syderoes oculos:propiuſq; aſpectat olympum:
Inquiritq; Iouẽ:nec ſola fronte deox
Contentus manet:& cœlum ſcrutatur in aluo:
Cognatũq; ſequens corpus ſe quęrit in aſtris.

Ex.5.Manilii Libro.

Nihil eſt audere relictum: D

Quæſtus naufragio petitur.corpuſq; ꝓfundo
Immiſſum pariter q̃ pręda exquiritur ipſa.
Nam ſemp tanti merces eſt parua laboris
Cenſibus æquantur conchæ:rapidũq; notari
Vix quiſq̃ eſt locuples oneratur terra ꝓfundo

Tali ſorte ſuas artis per littora tractat:
Aut emit externos pretio mutatq; labores
Inſtitor æquoreæ uaria ſub imagine mercis:
Cũq; fidis magno ſuccedunt ſydera mundo.
E Q uæſitor ſcęlerum ueniet:uindexq; reo℞
Q ui cõmiſſa ſuis rimabitur argumẽtis
In lucẽq; trahet:tacitaq; licentia fraude:
Hinc etiã ĩmitis tortor:pœnęq; miniſter:
Et quiſquis uero fauit.culpã ue perodit
Proditur:atq; alto qui iurgia pectore tollat.
Ex Catulli Verõ.Lib.Ad Leſbiã.
F SOles occidere:& redire poſſunt.
Nobis cum ſemel occidit breuis lux
Nox eſt perpetua una dormienda.
Ad Varrum.
G Nimirũ idẽ omnes fallimur:neq; eſt quiſq̃
Q uẽ non in aliqua re uidere ſuffenum
Poſſis:ſuus cuiq; attributus eſt error
Sed nõ uidemus manticæ quod in tergo eſt:
Ad Alphenum.
H Alphene ĩmemor:atq; unanimis falſe ſodalibus
Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi:
Iam me prodere iam nõ dubitas perfide:
Nec facta impia fallaciũ hominũ cęlicolis placẽt:
Q uæ tu negligis:ac me miſerũ deſeris in malis.
Heu qd faciant dico hoĩes:cui ue habeãt fidẽ
Certe tu te iubebas animã tradere inique
Inducẽs in amorẽ quaſi tua oĩa mi forẽt

Idem nũc retrahis te:acta:dicta:omnia factaq;
Ventos irrita ferre:ac nebulas aereas ſinis
Si tu oblitus es:at dii meminerũt:meminit fides:
Quæ te ut pœniteat poſtmodo facti faciet tui.

Ad Leſbiam.

Ocium catulle tibi moleſtum eſt. I
Ocio exultas:nimiũq; geſtis.
Ocium reges prius:& beatas:
Perdidit urbes.

Pelei.& Thetidis nuptiæ.

Sed poſtq̃ tellus ſcelere eſt imbuta nefando K
Iuſtitiãq; omnes cupida de mente fugarũt
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres.
Deſtitit extinctos natus lugere parẽtes
Optauit genitor primęui funera nati
Liber ut inupte poteretur flore iuuente
Ignaro mater ſubſternẽs ſe impia nato
Impia non uerita eſt diuos ſcelerare penates
Omnia fanda.nefanda malo ꝑmixta furore
Iuſtificam nobis mentẽ auertere deoꝝ.
Quare nec tales dignantur uiſere cętus:
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

De Muliere ſua.

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle L
Quã mihi:non ſi ſe Iuppiter ipſe petat
Dicit:ſed mulier cupido quod dicit amanti
In uento & rapida ſcribere oportet aqua.

Ad Leſbiam.

P Difficile eſt longum ſubito deponere amorē
Difficile eſt:uerū hoc quod lubet efficies.

Ex Propertii Libris. Ex Primo. Flores electi.

Ad Cynthiā nō eē elaborādū ad culturā forę.

Q QVid iuuat ornato ꝓcedere uita capillo?
Et tenues cæa ueſte mouere ſinus?
Aut qd oronea crines ꝑfundere myrrha?
Teq̄ peregrinis uendere muneribus?
Naturæq̄ decus mercato ꝑdere cultu?
Nec ſinere in propriis mēbra nitere bonis?
Crede mihi nō ulla tuæ medicina figuræ eſt:
Nudus amor formæ non amat artificem.

Ad Aemulū ſuū Gallū.

R Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus.

Ex.2.Proptii Lib.Ad Mœcenatē.

S NAuita de uentis:de tauris narrat arator:
Enumerat miles uulnera:paſtor oues.

T Omnes humanos ſanat medicina dolores
Solus amor morbi non amat artificē.
Tarda philoctetę ſanauit crura machaon:
Phęnicis chiron lumina philirides:
Et deus extinctum creſſis epidaurius herbis
Reſtituit patriis Androgeona focis.
Myſus & hemonia iuuenis:qua cuſpide uulnus
Senſerat:hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſi quis uitium potuit mihi demere ſolus
Tantalea poterit tradere poma manu.

Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis:
Nec tenera aſſidua colla grauentur aqua.
Idem caucaſea ſoluet de rupe prometi
Brachia:& a medio pectore pellet auem.

Ad Irriſorem.

Ac ueluti primo taurus dętractat aratra V
Poſt uenit aſſueto mollis ad arua iugo.

Ad Cynthiam.

Non ita carpathiæ uariant aquilonibus undę: X
Nec dubio nubes uertitur atra noto
Quã facile irati uerbo mutantur amantes.
¶ Dum licet:iniuſto ſubtrahe colla iugo.
Non ſolum taurus ferit uncis cornibus hoſtem Y
Verũ etiam inſtanti lęſa repugnat ouis.

Ad Eandem.

Fœlix admeti cõiunx:& lectus ulyxis Z
Et quæcũq; uiri fœmina limen amat.
¶ Quos igitur tibi cuſtodes:quę limina ponam:
Quę nũq̃ ſupra pes inimicus eat.
Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia ꝓdeſt:
Quã peccare pudet:cynthia tuta ſat eſt.

Ad Amicã de Riuali.

Penelope poterat bis denos ſalua per annos A
Viuere:tam multis fœmina digna procis.
Coniugiũ falſa poterat differre minerua
Nocturno ſoluens texta diurna dolo.
Viſura & quãuis nũq̃ ſperaret ulyxem.
Illum expectando facta remanſit anus.

B Sed uobis facile eſt uerba:& cōponere fraudes:
Hoc unum didicit fœmina ſemp opus.
¶ Non ſic incerto mutant̄ flamine ſyrtes:
Nec folia hiberno tam tremefacta noto:
Quā cito fœminea nō conſtat fœdus in ira
Siue ea cauſa grauis:ſiue ea cauſa leuis.

Ad Muſam.

C Quod ſi deficiant uires:audacia certe
Laus erit:in magnis & uoluiſſe ſat eſt.

De Amore.

D Quicūq; ille fuit primus qui pinxit amorē
Nō ne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primū uidit ſine ſenſu uiuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona.
¶ Idem non fruſtra uentoſas addidit alas:
Fecit & humano corde uolare deum
¶ Scilicet alterna quoniā iactamur in unda:
Noſtraq; non illis pmanet aura locis:
Et merito humatis manus eſt armata ſagittis:
Et pharetra ex humero gnoſia utroq; iacet.
Ante ferit quoniā tuti quā cernimus hoſtem:
Nec quiſq̄ ex illo uulnere ſanus abit.

Ad Cynthiam.

E Non tot achæmeniis armantur ſuſa ſagittis
Spicula:quot noſtro pectore fixit amor.

De Receptione in nocte.

F Ante pedes cęcis lucebat ſemita nobis
Scilicet inſano nemo in amore uidet.

Voluptates ſuas explicat.

Exemplo iuncte tibi ſunt in amore columbę G
Maſculus:& totum fœmina cõiugium.
Errat qui finem uæſani quærit amoris H
Verus amor nullum nouit habere modũ.
¶ Terra prius falſo partu deludet arantes:
Et cicius nigros ſol agitabit equos:
Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores:
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit:
Q uã poſſim noſtros alio transferre dolores
Huius ero uiuus:mortuus huius ero.
Ac ueluti folia arentes liquere corollas: I
Q uæ paſſim calathis ſtrata natare uides.
Sic nobis qui nunc magnũ ſperamus amãtes
Forſitan includet craſtina fata dies.

Ad Cynthiam.

Ah pudeat certe:pudeat:niſi forte quod aiunt K
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.

Ad Heremũ Demophoõtis.

Q uæris demophon cur ſim tã mollis in omnes L
Q uod quæris:quare nõ habet ullus amor.
Vnicuiq; dedit uitium natura creato. M
Mi fortuna aliquid ſemp amare dedit.

De Amoris ſeruitute.

Libertas quoniã nulli iam reſtat amanti: N
Nullus liber erit:ſi quis amare uolet.

Ad Cynthiam.

At me non ætas mutabit tota ſibyllæ: O

Non labor alcidæ:non niger ille dies.

Ad Cynthiam.

P Sed tamē obſiſtam:teritur rubigine mucro
Ferreus:& paruo ſæpe liquore ſilex:
Q Si qua uenit ſero:magna ruina uenit.
R Inuidiam quod habet non ſolet eſſe diu.

Ad Eandem:

S Multū in amore fides:multū cōſtantia ꝓdeſt.

Ad Iouē pro Amica ægrotāte.

T Sunt apud infernos tot milia formoſaꝝ
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet una locis.
Vobiſcū eſt Iope:uobiſcū candida tyro
Vobiſcū europæ:nec proba paſypha:
Et quot troia tulit uetus:& quot achaia formas:
Et phœbi:& priami diruta regna ſenis:
Et quæcūqꝫ erat in numero romana puella
Occidit:has omnes ignis auarus habet.
¶ Nec forma æternū:aut cuiq̄ eſt fortuna perēnis
Longius aut propius mors ſua quēqꝫ manet.

Ad Cynthiam.

V Quo fugis ah demēs:nulla eſt fuga:tu licet uſq̄
Ad tanaim fugias:uſqꝫ ſequetur amor.
Non ſi pegaſeo uerteris in aere dorſo:
Nec tibi ſi perſei mouerit ala pedes:
Vel ſi te ſectæ rapiant talaribus auræ.
Nil tibi mercurii proderit alta uia
Inſtat ſemp amor ſupra caput:inſtat amāti:
Et grauis ipſe ſup libera colla ſedet.

Excubat ille acer cuſtos:& tollere nũq̄
. Te patietur humo lumina capta ſemel.

Ad Cynthiam.

Qui uidet:is peccat.qui nõ te uiderit.ergo X
Non cupiet.facti crimina lumen habet.

Ad Cynthiam.

Vino forma perit:uino corrũpitur ætas. Y

Ex.3.Proptii Lib.Ad librũ ſecũdũ.

Orphea te tenuiſſe feras:& concita dicũt Z
Flumina threicia ſuſtinuiſſe lyra.
℄ Saxa cytheronis thebes agitata per artẽ:
Sponte ſua in muri mẽbra coiſſe ferũt.
Si nõ tænariis domus eſt mihi fulta colũnis: A
Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea pheacias æquant pomaria ſyluas:
Non opoſa rigat martius antra liquor.
At muſæ comites:& carmina cara legẽti:
Et defeſſa choris calliopea meis:
Nam neq; pyramidum ſumptus ad ſydera ducti:
Nec Iouis ælei cœlum imitata domus:
Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri:
Mortis ab extrema cõditione uacat.
Aut illis flãma:aut imber ſubducet honores
Annoꝝ aut ictu pondera uicta ruent.
℄ At nõ ingenio quæſitum nomẽ ab æuo
Excidet:ingenio ſtat ſine morte decus.

Ad Amicam iratam.

Nunc maris in tm̃ uento iactamur:& hoſtem B

Q uerimus:atq; armis nectimus arma noua.
Haud ullas portabis opes acherontis ad undas
Nudus ad infernas ſtulte ueherre rates.
Victor cũ uictis pariter miſcebitur umbris
Conſule cũ mario capte iugurtha ſedes.
Lydus dulychio nõ diſtat crœſus ab hyro
Optima mors parca quæ uenit apta die.

Ad Lygdamũ ſeruũ.

C Omnis enim debet ſine uani nuncius eſſe
Maiorẽq; timens ſeruus habere fidem:
D Nũc mihi ſi qua tenes:ab origine dicere prima
Incipe:ſuſpenſis auribus iſta bibam.

De morte Pęti:&'Auaritię mala.

E Ite rates curuæ:& leti quoq; texite cauſas.
Iſta per humanas mors uenit acta manus.
Terra parũ fuerat fatis adiecimus undas
Fortunæ miſeras auximus arte uias.
Anchora te teneat:quẽ nõ tenuere penates:
Q uid meritũ dicas cui ſua terra parũ eſt?
Ventoꝝ eſt quodcũq; paras:haud ulla carina
Conſenuit:fallit portus:& ipſe fidem.

Ad Mœcenatem.

F Q uid me ſcribẽdi tã uaſtum mittis in æquor:
Non ſunt apta meæ grandia uela rati.
Turpe quod eſt nequeas capiti cõmittere põdus:
Et pręſſum in flexo mox dare terga genu.
Omnia nõ pariter reꝝ ſunt omnibus apta.
Flãma nec ex æquo ducitur ulla iugo.

❡ Hic ſatus ad pacẽ:hic caſtrenſibus utilis armis:
Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ.

De Imperiis fœminaꝝ.

Quid mirare meã ſi uerſat fœmina uitam: G
Et trahit addictum ſub ſua iura uirum.
Omphale in tantũ formæ proceſſit honorẽ.
Lydia gygeo tincta puella lacu:
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe colũnas.
Tam dura traheret mollia penſa manu.

De Auaritia.

At nũc deſertis ceſſant ſacraria lucis: H
Aurum omnes uincta iam pietate colũt:
Auro pulſa fides:auro uenalia iura:
Aurum lex ſequitur:mox ſine lege pudor.
❡ Torrida ſacrilegum teſtatur lumina brenum.
Dum petit intonſi pythia regna dei.
Aut mons laurigero cõcuſſus uertice duras.
Callida parnaſi ſparſit in arma niues.
❡ Et ſcelus accepto thracis polyneſtoris auro
Nutrit in hoſpitio non polydore pio.
Proloquar atq; utinã patriæ ſim uerus aruſpex I
Frangitur ipſa ſuis roma ſupba bonis.

Ad Cynthiam De Lycinna.

At tu non meritã parcas uexare Lycinnam: K
Neſcit ueſtra ruens ira referre pedem.

Ad Bacchum.

Semp enim uacuos nox ſobria torquet amãtes: L
Speſq; timorq; animo uerſat utroq; modo.

Quod mors ſit ineuitabilis.

M Quid genus:aut uirtus:aut optima ꝓfuit illi
Mater:& ampleſſum cæſaris eſſe focos
Aut modo tam pleno fluitantia uela theatro:
Et per maternas omnia geſta manus:
Occidit:& miſero ſteterat uigeſimus annus.
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies.
I nunc tolle animos:& tecũ finge triũphos:
Stantiaq; in plauſum tota theatra iuuẽt.
Attalicas ſupa ueſtes:atq; omnia magnis
Gemmea ſint ludis:ignibus iſta dabis.
Sed tñ huc oẽs:huc primus:& ultimus ordo:
Et mala ſed cunctis iſta terẽda uia eſt.
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.
Ille licet fero cautus ſe condat & ære:
Mors tñ incluſum protrahit inde caput.
Nirea nõ facies:nõ uis exemit achillem
Crœſum:haud pactoli quas parit humor opes.

De Incontinentia mulieꝝ.

N Obiicitur totiẽs a te mihi noſtra libido.
Crede mihi uobis impat iſta magis.
Vos ubi cõtempti rupiſtis frœna pudoris:
Neſcitis captę mentis habere modũ.
Flãma per incenſas citius ſedet ariſtas:
Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput:
Et placidũ ſyrtes portũ:& bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæua mallea ſuo:

Q uã poſſit ueſtros quiſq̃ deprẽdere curſus:
Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.
Teſtis cretæi faſtus quæ paſſa iuuenci
Induit abiegnæ cornua falſa boui.
Teſtis theſſalico flagrans ſalmonis enipheo
Q uæ uoluit liquido tota ſubire deo.
Crimẽ & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta
Arboris in frondes condita myrrha nouæ
Nã quid Medeæ referam quo tẽpore matris
Iram natoꝝ cede piauit amor?
Q uid ue clytemneſtræ propter quã tota mycenis
Infamis ſtupro ſtat pelopea domus?
Tuq; o minoa uenũdata ſylla figura
Tondẽs purpurea regna paterna coma:
Hanc igitur dotẽ uirgo deſponderat hoſti
Niſe tuas arces fraude recluſit amor.
N on tamẽ ímerito Minos ſedet arbiter orci O
Victor erat quãuis: æquus in hoſte fuit.

Ad Cynthiam.

Magnũ íter ad doctas proficiſci cogor athenas. P
Vt me longa graui ſoluat amore uia.
Creſcit.n.aſſidue ſpectando cura puellę:
Ipſe alimẽta ſibi maxima præbet amor.
Omnia ſunt tentata mihi quacũq; fugari
Poſſit: at ex omni me premit ipſe deus.
Vnũ erit auxilium mutatis Cynthia terris:
Q uantũ oculis: animo tã procul ibit amor.

Ex.4.Proptii Lib.Ad Cynthiã.

D

Q S Vnt aliquid manes:lœtum non omnia finit:
Luridaq; euictos effugit umbra rogos.
Qualiter appellat Iuppiter feretrius.
R Magnū iter aſcendo:ſed dat mihi gloria uires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Ad Paulum:
S Deſine paule meū lachrymis urgere ſepulchrū:
Panditur ad nullas ianua nigra preces:
Cum ſemel infernas intrarūt funera leges:
Non exorato ſtant adamante uiæ:
Te licet orantē fuſcæ deus audiat aulæ:
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent.
Ex Libris Tibulli.Ex Lib.1.atq; Elegia.1.
T D Iuitias alius fuluo ſibi congerat auro:
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quē labor aſſiduus uicino terreat hoſte:
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugēt.
Me mea pauptas uitæ traducat inerti
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.
V Fictilia antiquus primū ſibi fecit agreſtis
Pocula:de facili cōpoſuitq; luto.
Ex Elegia.3.Libri primi.
X Quā bene ſaturno uiuebant rege:priuſq̄
Tellus in lōgas eſt patefacta uias:
Nondū cęruleas pinus contempſerat undas
Effuſum uentis præbueratq; ſinum:
Nec uagus ignotis repetens cōpendia terris
Pręſſerat externa nauita merce ratem.

Illo non ualidus ſubiit iuga tẽpore taurus:
Non domito frenos ore momordit equus:
Non domus ulla fores habuit:non fixus in agris:
Qui regeret certis finibus arua lapis
Ipſe mella dabant quercus:ultroq̃ ferebant
Obuia ſecuris ubera lactis oues:
Non acies:nõ ira fuit:nõ bella:nec enſes
Immitti ſçuus duxerat arte faber.
¶ Nũc Ioue ſub dño cędes:& uulnera ſemp
Nunc mare:nũc lœthi mille repente uiæ.
Parce pater:timidũ nõ me periuria terrent.
Non dicta in ſanctos impia uerba deos. Y
Sed me quod facilis tenero ſum ſemp amori
Ipſa uenus campos ducet ad helyſios.
Hic choreę:cantuſq̃ uigẽt:paſſimq̃ uagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmẽ aues.
Fert caſiam non culta ſeges:totoſq̃ per agros
Floret odoratis terra benigna roſis.
Illic eſt cuicũq̃ rapax mors uenit amanti:
Et gerit inſigni Myrthea ſerta coma.
At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda Z
Abdita:quã circũ flumina nigra ſonant:
Teſyphoneq̃ impexa feros pro crinibus angues
Sæuit:& huc illuc impia turba fugit.
¶ Tum niger in porta ſerpentũ Cerberus ore
Stridet:& æratas excubat ante fores.
¶ Illic Iunonem tentare ixionis auſi
Verſantur celeri noxia mẽbra rota.

¶ Porrectuſq; noue tityus per iugera terræ
Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.
¶ Tantalus eſt illic:& circũ ſtagna:ſed acrẽ
Iamiã poturi deſerit unda ſitim.
¶ Et danai proles ueneris quæ numina lęſit
In caua lętheas dolia portat aquas.

Ex Elegia.4.Libri primi.

A Longa dies homini docuit parere leones:
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uuas.
Annus agit certa lucida ſigna uice.
B At ſi tardus eris:errabis:tranſiet ætas
Quã cito non ſegnis ſtat:remeatq; dies:
Quã cito purpureos depdit terra colores:
Quã cito formoſas populus alba comas.
Vidi iam iuuenẽ pręmeret cũ ſerior ætas
Mœrentẽ tardos præteriiſſe dies.
C Heu male nũc artes miſeras hæc ſęcula tractant
Iam tener aſſueuit munera uelle puer.
D Quẽ referẽt muſæ:uiuet dũ robora tellus:
Dum cœlum ſtellas:dũ uehet amnis aquas.

Ex Elegia.7.Libri primi.

E Hunc cecinere diem parce fatalia nentes
Stamina:non ulli diſſoluenda deo.

Ex Elegia.8.Libri primi.

F At tu dum primi florent tibi tẽporis ætas
Vtere:non tardo labitur illa pede.

Ex Elegia.9.Libri primi.

Ah miſer & ſi quis primo piuria cęlat: G
Sera tamē tacitis pœna uenit pedibus.
Lucra petens habili tauros adiungit aratro: H
Et durū terrę ruſticus urget opus.
Lucra petituras freta perq; patētia uentis
Ducunt inſtabiles ſydera certa rates.
Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala. I

Ex.10.Elegia.Libri primi.

Q uis fuit horrēdos primus qui protulit enſes K
Q uā ferus:& uere ferreus ille fuit.
Tunc cędes hominū generi:tunc prœlia nata
Tunc breuiter diræ mortis apta uia eſt
At nihil ille miſer.meruit:nos ad mala noſtra
Vertimus:in ſæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc uitiū eſt auri:nec bella fuerūt
Faginus aſtabat cū ſciphus ante dapes:
Non arces:non uallus erat:ſomnūq; petebat
Securus uarias dux gregis inter oues:
Q uis furor eſt atrā bellis accerſcere mortem? L
Imminet:& tacito clam uenit illa pede.

Ex Lib.Tibulli.2.De Agri luſtratiōe.Elegia.1.

L Vce ſacra requieſcat humus:requieſcat arator: M
Et graue ſuſpenſo uomere ceſſet opus.
Soluite uincla iugis:nūc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſint opata deo:non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manū:
¶ Vos quoq; abeſſe ꝓcul iubeo:diſcedite ab aris

Cui tulit heſterna gaudia nocte uenus.
Caſta placẽt ſuperis:pura cũ ueſte uenite:
Et manibus puris ſumite fontis aquã.

N Ah miſeri quos hic grauiter deus urget:at ille
Fœlix cui placidus leniter afflat amor.

Ex Elegia.3.Lib.2.Ad Cornutũ.

O Ferrea nõ uenerẽ:ſed prædam ſæcula laudant:
Præda tamẽ multis eſt opata malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis:
Hinc cruor:hinc cędes:mors propiorq; uenit.
Præda uago iuſſit geminare picula ponto
Bellica cũ dubiis roſtra dedit ratibus.

Ex Elegia.4.Lib.2.

P Seruitiũ ſed triſte datur:teneorq; cathenis:
Et nũq̃ miſero uincla remittit amor.
Nunc & amara dies:& noctis amarior umbra eſt
Omnia nam triſti tempora felle madent.

Ex Elegia ultima.Lib.2.

Q Acer amor fractas utinam tua tela ſagittas
Scilicet extinctas:aſpiciãq; faces.
Tu miſerũ torques:tu me mihi dira precari
Cogis:& inſana mente nephanda loqui.

R Iam mala finiſſem leto ſed credula uitam
Spes fouet:& melius cras fore ſemp ait.
Spes alit agricolas:ſpes ſulcis credit aratis
Semina:quæ magno fœnore reddat ager:
Hæc laqueo uolucres:hæc captat arũdine piſces
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.

Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum

Crura ſonant ferro:ſed canit inter opus.

Ex.3.Tibulli Lib.Ex Elegia.2.

NOn ego firmus in hoc:nõ hæc patientia noſtro S

Ingenio:frãgit fortia corda dolor.

Ex Elegia.3.Lib.3.

Nã graue quid ꝓdeſt pondus mihi diuitis auri: T

Aruaq; ſi findant pinguia mille boues?

Quid ue domus ꝓdeſt phrygiis innixa colũnis

Tenare ſiue tuis:ſiue caryſte tuis?

Et nemora in domibus ſacros imitãtia lucos

Aurataeq; trabes:marmoreũq; ſolum?

Quid ue in erythreo legit᷑ quæ littore concha?

Tinctaq; ſidonio murice lana iuuat?

Et quæ præterea populus miratur in illis

Inuida quæ falſo plurima uulgus amat.

Non opibus mentes hominũ curæq; leuantur.

Nam fortuna ſua tempora lege gerit.

Ex Elegia.4.Lib.3.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte: V

Et pauidas mentes falſa timere iubent.

Ah crudele genus:nec fidum fœmina nomẽ: X

Ah pereat didicit fallere ſiqua uirum.

¶ Sed flecti poterit.mens eſt mutabilis illi

Tu modo cũ multa brachia tende fide.

Ex Elegia.5.Libri.3.

Parcite pallentes umbras quicũq; tenetis: Y

Duraq; ſortiti tertia regna dei.

Elyſios olim liceat cognoſcere campos:
Lętheăq; ratem:chymerioſq; lacus.
Ex Elegia.6.Lib.3.
Z Venit poſt multos una ſerena dies.
Ex.7.Elegia.Lib.3.
A Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa.
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec bene mēdaci riſus componitur ore:
Nec bene ſollicitis ebria uerba ſonant.
B Vos ego nūc moneo:fœlix quicūq; dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.
Ex.4.Tibulli Li.De Meſſalę laudib⁹.
C QVin etiā mea tunc tumulus cum texerit oſſa.
Seu matura dies fato properat mihi mortē:
Longa manet ſeu uita:tamē mutata figura:
Seu me finget equū rigidos pcurrere campos
Doctum:ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus:
Siue ego per liquidū uolucris uehar aere pēnis:
In quēcūq; hominē me longa recepit ætas:
Inceptis de te ſubtexā carmina chartis.
Ex Libris Claudiani.In Ruffinū.Ex Li.1.Flo.ele.
D SAepe mihi dubiā traxit ſententia mentē
Curarēt ſuperi terras:an nullus ineſſet:
Rector:& incerto fluerēt mortalia caſu.
Nam cū diſpoſiti quæſiſſem fœdera mūdi:
Pręſcriptoſq; maris fines:anniq; meatus:
Et lucis:noctiſq; uices:tūc omnia rebar
Conſilio firmata dei:qui lege moueri

Sydera:qui fruges diuerſo tēpore naſci:
Qui uariam phœben alieno iuſſerit igne
Compleri:ſoléq; ſuo:porrexerit undis
Littora:tellurē medio librauerit axe.
¶ Sed quū res hominū tanta caligine uolui
Aſpicerem:lętoſq; diu florere nocētes:
Vexariq; pios:rurſus labefacta cadebat
Relligio:cauſæq; uiam non ſponte ſequebar
Alterius:uacuo quæ ſemina currere motu
Affirmat:magnūq; nouas per inane figuras
Fortuna:nō arte regi:quæ numina ſenſu
Ambiguo:uel nulla putat.uel neſcia noſtri.
¶ Abſtulit hunc tandē ruffini pœna tumultū
Abſoluitq; deos.iam nō ad culmina rerū
Iniuſtos creuiſſe queror.tolluntur in altū
Vt lapſu maiore ruant.
Signa quidē o ſociæ diuos attollere cōtra: E
Nec fas eſt:nec poſſe reor. ¶ Sed lędere mūdū
Si libet:& populis cōmune intēdere lœtum.
Eſt mihi prodigium cunctis īmanibus hydris
Tigryde mobilius fœta:uiolentius auſtris:
Acrius hirpys:flauis incertius undis:
Ruffinus:quæ prima meo de matre cadentē
Suſcepi gremio.paruus raptauit in iſto
Sæpe ſinu:tenero:perq; ardua colla uolutus
Vbera quæſiuit fletu:linguiſq; triſulcis
Mollia lambētes fixerūt mēbra ceraſtæ:
Meq; etiā tradente dolos:artēq; nocendi

Edidicit ſimulare fidem:ſenſuſq; nocentes
Protegere:& blando fraudẽ prætexere riſu.
Plenus ſæuitiæ:lucriq; cupidine feruẽs.
Non tartheſiacis illum ſaciaret harenis:
Tempeſtas precioſa tagi:non ſtagna rubentis
Aurea pactoli:totũq; exhauſerit hermũ.
Ardebit maiore ſiti.quã fallere mentes
Doctus:& unanimes odiis turbare ſodales.
Talem progenies hominũ ſi priſca tuliſſet.
Pirithoum fugeret theſeus.offenſus oreſtem
Deſereret pilades.odiſſet caſtora pollux.
Ipſa quidẽ fateor uinci:rabidoq; magiſtrã
Præuenit ingenio:nec plus ſermone morabor.
Solus habet ſcelerũ quicqd poſſedimus oẽs.
Hunc ego:ſi ueſtræ res eſt accõmoda turbæ:
Regalem ad ſummi pducam principis aulam.
Sit licet ille numa grauior:ſit deniq; minos:
Cędet:& inſidiis noſtri flectetũr alũni.

F Eſt locus:extremũ pandit qua gallia littus
Oceani prætentus aquis:quo fertur ulyxes
Sanguine libato populum mouiſſe ſilentũ.
Illic umbrarũ tenui ſtridore uolantũ
Flebilis auditur quęſtus:ſimulacra coloni
Pallida:defunctaſq; uidẽt migrare figuras.

G Tunc talia fatur
Ocia te ruffine iuuant:fruſtraq; iuuente
Conſumis:florẽ patriis inglorius aruis.
Heu neſcis quid fata tibi.quid ſydera donẽt.

Quid fortuna paret:toti dominabere mũdo
Si parere uelis:artus ne ſperne ſeniles.
Illecebris capitur:nimiũq; elatus auaro
Paſcitur intuitu. ¶ Sic rex ad prima ruebat
Mæonius:pulchro quũ uerteret omnia tactu;
Sed poſtq̃ riguiſſe dapes:fuluãq; reductos
In glaciẽ uertit latices:tũc munus acerbũ
Senſit:& inuiſo uotũ damnauit in auro.
Ergo animi uictus:ſequimur quocũq; uocabis:
Seu tu uir:ſeu numẽ ait:patriaq; relicta
Aeoas iuſſu furiæ tendebat ad arces:
Vt longum ꝑmenſus iter:ductuſq; maligno
Stamine fatoꝝ:claram ſubrepſit in aulam
I licet ambitio naſci:diſcedere rectum:
Venum cuncta dari:profert arcana:clientes
Fallit:& ambitos a principe uendit honores:
Ingeminat crimẽ cõmoti pectoris ignẽ.
¶ At ueluti ĩnumeros amnes accedere nereus
Neſcit:& undantẽ quãuis hinc auriat iſtrũ:
Hinc bibat æſtiuũ ſepteno gurgite nilum:
Par ſemp:ſimiliſq; manet:ſic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit:quocũq; monile
Contextũ geminis:aut prædia culta fuiſſent
Ruffino populandus erat:dominoq; ferebat
Exitium fœcũdus ager:metuenda colonis
Fertilitas:laribus pellit:detrudit auitis
Finibus:aut aufert uiuis:aut occupat hæres.
Congeſtæ cumulantur opes:orbiſq; ruinas

Accipit una domus:populi ſeruire coacti:
Plenaq; priuato ſuccumbunt oppida regno.
H Quo ueſane ruis? teneas utrũq; licebit
Oceanum:laxet rutilos tibi lidia fontes:
Iungantur ſolium cyri:crœſiq; thyræ:
Nũq̃ diues eris:nũq̃ ſaciabere quæſtu
Sẽp inops quicũq; cupit.CCõtentus honeſto
Fabricius paruo:ſpernebat munera regũ:
Sudabatq; graui conſul ſeranus aratro:
Et caſa pugnaces curios anguſta tenebat.
Hæc mihi pauptas anguſtior:hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis:tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos.mihi donat ineptas
Terra dapes:rapiunt tyrios tibi uellera ſuccos:
Et picturatæ ſaturantur murice ueſtes.
Hic radiant flores:& prati uiua uoluptas
Ingenio uariata ſuo:fulgẽtibus illic
Surgũt ſtructa thoris:hic mollis pandit̃ herba
Sollicitũ curis non abruptura ſoporẽ.
Turba ſalutantũ latas tibi pſtrepit ędes:
Hic auiũ cantus:labẽtis murmura riui.
Viuitur exiguo melius.CNatura beatis
Omnibus eſſe dedit:ſi quis cognouerit uti.
Hæc ſi nota forẽt frueremur ſimplici cultu.
Claſſica nõ fremerẽt.non ſtridula fraxinus iret.
Non uentus quateret puppes.nõ machina muros.
I Creſcebat ſcelerata ſitis:prædæq; recentis:
Inceſtus flagrabat amor:nulluſq; petẽdi:

Cogēdi ue pudor:crebris periuria nectit
Blandiciis:ſociat periturο fœdere dextras.
Si ſemel e tantis poſcenti quiſq; negaſſet
Effera prętumido quatiebat corda furore:
Quæ ſic getuli iaculo percuſſa leęna:
Aut hyrcana premēs raptorē bellua partus:
Aut ſerpēs calcata furit.iurata deoꝝ
Maieſtas teritur:nūq̄ reuerentia menſę:
Non cōiunx:nō ipſe ſimul:nō pignora cęſa
Sufficiunt odiis:nō extinxiſſe propinquos:
Non notos egiſſe ſat eſt:extinguere ciues
Funditus:& nomē gētis delere laborat.
Nec celeri mittit lœto:crudelibus ante
Suppliciis fruitur:cruciatus uincla:tenebras!
Dilato mucrone parat.proh ſęuior enſe
Parcēdi rabies:conceſſaq; uita dolori.
❡ Quis prodere tanta relatu
Funera?quis cædes poſſet deflere nefandas?
Quid tale ímanes unq̄ geſſiſſe ferūtur?
Vel ſcinis iſthmiaca pinu?uel rupe ꝓfunda
Scyron?uel phalaris tauro?uel carcere ſylla?
O mites diomedis equi.Buſiridis arę
Clemētes:iam cinna pius:iam ſparthace lenis
Ruffino collatus eris:

Ex.2.Claudiani.In Ruffinū Libro.

Ruffinus(neq; enim patiuntur ſæua quietē
Crimina:pollutæq; negant areſcere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis

K

Inchoat:& ſolito pacē uexare tumultu.
Theſſalus ardet ager:reticet paſtore fugato
Pelion:emachias ignis populatˀ ariſtas.
Iam plaga pānoniæ:miſerādaq; mœnia thracū:
Aruaq; myſſoꝝ.¶ Iam nulli flebile damnū:
Sed curſus ſolēnis erat:campuſq; furori
Expoſitus:ſenſumq; malis detraxerat uſus.
¶ Heu heu quā breuibus percūt ingentia cauſis
Imperiū tanto quæſitū ſanguine:tanto
Seruatū:quod mille ducū peperere labores:
Quod tantis romana manus cōtexuit annis
Proditor unus iners:anguſto tēpore uertit.
L At ſtilico zephyrus quū primū bruma remitti:
Et iuga diffuſis nudari cœpta pruinis
Partibus italiæ tranquilla in pace locatis
Vtraq; caſtra mouēs phœbi ꝓpabat ad ortus
Gallica diſcretis:æoaq; robora turmis
Complexus:nūq̄ tantæ ditione ſub una
Conuenere manus:
Haud aliter Xerxē toto ſimul orbe ſequutus
Narratur rapuiſſe uagos exercitus amnes:
Et telis umbraſſe diē:quū claſſibus iret
Per ſcopulos:tectūq; pedes cōtemneret æquor.
¶ At ꝓcul exanguis Ruffinū ꝑculit horror
Infectæ terrore genæ:ſtetit ore gelato
Incertus peteret ne fugam:ueniā ne ſubactus
Poſceret:an tantos ſe ſe trāſferret in hoſtes.
Quid nūc diuitiæ? quid fului uaſta metalli

Congeries:ꝗd purpureis effulta metallis
Atria:prolatę ue iuuant ad ſydera molles:
Audit iter:numeratqꝫ dies ſpacioqꝫ uiaꝝ
Metitur uitam:torquetur peſte futura:
Nec recipit ſomnos:& ſæpe cubilibus amens
Excutitur:pœnāqꝫ luit formidine pœnæ.
Iam ſummū radiis ſtringebat lucifer hemū: M
Feſtināqꝫ rotam ſolito propantior urget:
Tandē ruffini uiſurus funera titan.
Proſiluit ſtratis:denſæqꝫ capacia turbæ
Atria regifico iuſſit ſplendere paratu
Exceptura dapes:& quod poſt uota daretur
Inſcribi propriis aurū fatale figuris.
Ipſe ſalutantū reduces poſt prœlia turmas
Iam regale tumēs:& principe celſior ibat:
Collaqꝫ fœmineo geſtabat mollia geſtu
Imperii certus:tegeret ceu purpura nudum
Corpus:& ambirēt ardētes tēpora gēmæ:
Vnus ꝑ medios audēdi pronior enſe
Proſilit erecto:dictiſqꝫ:& uulnere toruus
Appetit.hac ſtilico:quē iactas pellere dextra
Te ferit:hoc abſens inuadit uiſcera ferro.
Sic fatus:meritoqꝫ latus tranſuerbarat ictu.
Fœlix illa manus:talēqꝫ prima cruorem
Hauſerit:& feſſi pœnam libauerit orbis.
Mox omnes fodiūt haſtis:artuſqꝫ nefandos
Dilaniant.uno tot corpore pila tepeſcūt:
Et non infecto puduit mucrone reuerti.

Hi uultus auidos:& adhuc ſpirantia uellunt
Lumina:truncatos alii rapuere lacertos.
Amputat ille pedes:humerũ quatit ille ſolutis
Nexibus:hic fracti reſerat curuamina dorſi!
Hic iecur.hic cordis fibras:hic pandit anhelas
Pulmonis latebras! ſpaciũ nõ inuenit ira:
Nec locus eſt odiis:conſumpto funere:uix tum
Deſeritur:ſparſumq; cadit per tella cadauer.
Nec minus aſſiduis certant illidere ſaxis
Prodigiale caput:quot iam de cuſpide ſumma
Nutabat digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera tunc etiã ludo conceſſa uagatur
Aera petẽs.pœnaſq; animi pſoluit auari.
Terribili lucro:uiuoſq; imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis.
℃ Deſinat elatis quiſq̃ confidere rebus:
Inſtabileſq; deos ac lubrica numina diſcat.
Illa manus quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat
Cuius ſe totiẽs ſubmiſſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas.inhumata diu:miſeroq; reuulſa
Corpore:feralem quęſtum poſt fata popoſcit.
Aſpiciat:ne quis nimiũ ſublata ſecũdis
Colla gerat:triuiis calcandus ſpargitur ecce
Qui ſibi pyramidas:qui non cędentia tẽplis
Ornatura ſuos extruxit culmina manes:
Et qui ſydonio uelari credidit oſtro
Nudus paſcit aues.iacet en qui poſſidet orbẽ.
Exiguę telluris inops.& puluere raro

Per partes tegitur:nuſq̄:totienſq; ſepultus
Senſerunt cōuexa necem:telluſq; nefandū
Emolitur onus.¶ Iam reſpirantibus aſtris
Infernos grauat umbra lacus.Pater Aeacus horret:
Intrantēq; etiā latratu cerbarus urget.
Tunc animæ:quas ille fero ſub iure peremit
Circūſtant:nigriq; trahūt ad iudicis urnam.
Infeſto fremitu.ueluti paſtoris in ora
Collectæ glomerant́ apes:qui dulcia raptu
Mella trahit:pœnaſq; cient:& ſpicula tendunt:
Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctæ
Rimoſam patriā:dilectaq; punicis antra
Defendunt:pronoq; fauos examine uelant.
Eſt locus in fauſtis:quo conciliantur in unum.
Cocytus flegetonq; uadis:Inamœnus uterq;
Alueus:hic uoluit lachrymas:hic igne redūdat
Turris per geminos flāmis uicinior amnes
Porrigitur:ſolidoq; rigēs adamante:ſiniſtro
Proluit igne latus:dextra cocycia fundit.
Aequora:triſte gemēs:& fletu concita plangit.
Huc poſt emeritā mortalia ſæcula uitam
Deueniunt ubi nulla manēt diſcrimina fati:
Nullus honor:uanoq; exutū nomine regē
Perturbat plebeus egēs.¶ Quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio ptemptat crimina Minos.
Et iuſtis dirimit ſontes:quos nolle fateri
Viderit ad mala mox tranſmittit uerbera fratris:
Nā iuxta Rhadamantus agit.cū geſta ſupni

Curriculi:totoſq; diu proſpexerit actus
Exequat damnũ meritis. ℂ Et muta feraꝝ
Cogit uincla pati: Truculentos ingerit urſis:
Prædoneſq; lupis: fallaces uulpibus addit:
At qui deſidia ſemp: uinoq; grauatus
Indulgẽs ueneris uoluit torpeſcere luxu
Hunc ſuis ĩmundę pingues detrudit in artus:
Qui iuſto plus eſſe loquax: arcanaq; ſucuit
Prodere: piſcoſas fertur uicturus in undas
Vt nimiã penſent æterna ſilentia uocẽ.
ℂ Quos ubi per uarios annos: per mille figuras
Egit lętheo purgatos flumine. tandẽ
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formę.

Ex. 2. Claudiani. De raptu ꝓſerpinę Lib.

P D Eſine funeſtis animũ proſerpina curis:
Et uano uexare metu: maiora dabuntur
Sceptra: nec indigni tędas patiere mariti.
Illa ego ſaturni proles: cui machina reꝝ
Seruit: & ĩmenſum tendit per inane poteſtas.
Amiſſum ne crede diẽ. ſunt altera nobis
Sydera: ſunt orbes alii: lumẽq; uidebis
Purius: elyſioſq; magis mirabere cãpos:
Cultoreſq; pios: illic preciosior ætas:
Aurea progenies habitat: ſempq; tenemus:
Quod ſupi meruere ſemel: nec mollia deſunt
Parata tibi: zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores: quos nec tua protulit ætna.
Eſt etiam lucis arbor prædiues opacis

Fulgentes uiridi ramos curuata metallo?
Hæc tibi ſacra datur:fortunatũq; tenebis
Autũnũ:& fuluis ſemp ditabere pomis.
Parua loquor:quicquid liquidus cõplectitur aer:
Quicquid alit tellus:quicquid maris æquora uerrũt:
Quod fluuii uoluũt:quod nutriuere paludes:
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis.
Lunari ſubiecta globo:qui ſeptimus auras
Ambit:& ęternis mortalia ſeparat aſtris.
¶ Sub tua purpurei ueniẽt ueſtigia reges
Depoſito luxu turba cũ paupe mixti.
Omnia mors æquat.¶ Tu damnatura nocẽtes
Tu requiẽ latura piis.te iudice ſontes
Improba cogentur uitæ cõmiſſa fateri.
Accipe lętheo famulas cũ gurgite parcas.
Sit factũ quodcũq; uelis.hæc fatus ouantes
Exhortatur equos:& tartara mitior intrat.
¶ Cõueniũt animæ:quantas truculentior auſter
Decutit arboribus frondes:aut nubibus hymbres
Colligit:aut frãgit fluctus:aut torquet harenas:
Cunctaq; præcipiti ſtipantur tartara curſu
Inſignẽ uiſura nurum:

Ex Pręfatiõe.Lib.3.De raptu Proſerpinę.

OMnia:quæ ſenſu uoluuntur uota diurno.
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro cũ membra reponit.
Mens tamẽ ad ſyluas:& ſua luſtra redit.
Iudicibus lites:aurigæ ſomnia currus:

Vanaq; nocturnis meta cauetur equis.
Gaudet amans furto:pmutat nauita merces:
Et uigil elapſas quærit auarus opes:
Blandaq; largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; muſaꝝ ſtudiũ ſub nocte ſilenti
Artibus aſſiduis ſollicitare ſolet.
Nãq; poli media ſtellantis in arce uidebar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.

Ex Libris Claudiani In Eutropiũ.Ex Lib.1.

R A Sperius nihil eſt:humili cũ ſurgit in altũ:
Cuncta ferit:dũ cũcta timet:deſeuit in oẽs
Vt ſe poſſe putẽt nec belua tetrior ulla eſt:
Q uã ſerui rabies in libera colla furẽtis.
Agnoſcit gemitus:& pœnæ parcere neſcit:
Q uẽ ſubiit:dñiq; memor quẽ uerberat:odit:

Ex.2.In Eutropium Libro:

S M Ygdonii cineres:& ſi quid reſtat Acoi:
Q uod pereat regni:certe nõ augure falſo
Prodigii patuere minę:fruſtraq; peracto
Vulnere:monſtriferi præſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamẽ uiolentũ nauita corũ
Proſpicit.& tumidæ ſubducit uela procellæ:
Q uid iuuat errores merſa iam puppe fateri?
❡ Tunc decuit ſentire nefas.tũc ire recentes
Deterſum maculas.ueteri poſt obruta morbo
Corpora:pæonias nec quicq̃ admoueris herbas.
Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medulis:

Non leuiore manu:ferro ſanantur:& igni:
Ne noceant fruſtra mox eruptura cicatrix
Ad uiuũ penetrant flãmæ.quis funditus humor
Defluat:& uacuis corrupto ſanguine uenis.
Areſcat fons ille mali:truncantur & artus:
Vt liceat reliquis ſecure uiuere mẽbris.
Sed quia cęcus ineſt uitiis amor.omne futurum T
Deſpicitur.ſuadẽtq; breuẽ pſentia fructum:
Et ruit in uetitũ damni ſecura libido.
¶ Paruæ poterunt impellere cauſæ
In ſcelus:ad mores facilis natura reuerti.
At nunc qui fœdera rũpit V
Ditatur.qui ſeruat leget:
Quid non longa ualebit X
Permutare dies?
In te iam ſpes una mihi.pro fronde mineruę: Y
Has tibi protendo lachrymas:ſuccurre ruenti:
Eripe me tandẽ.ſeruilibus eripe regnis:
Neue adeo cunctos paucoꝝ crimine damnes:
Nec noua tot meritis offenſa prioribus obſtet:
Iam iam flecte animũ.ſuprema picula ſemp
Dant ueniam culpæ.¶ Quãuis iratus:& exul
Pro patriæ flãmis non diſtulit arma camillus.

Ex Claudiano In nuptiis Honorię Auguſti & Marię.

NOn quiſquã fruitur ueris odoribus Z
Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos
Si fronti caueat:ſi timeat rubos:
Armat ſpina roſas.mella tegunt apes.

Ex Claudiano. De q̄rto Horori Auguſti Cõſulatu.

A SI tibi parthoꝝ ſolium fortuna dediſſet
Chare puer: terriſq; procul uenerandus æois
Barbarus arſacio conſurgeret ore thiaras.
Sufficet ſublime genus: luxuq; fluentem
Deſide: nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio: uirtute decet: nõ ſanguine niti.
¶ Maior: & utilior facto coniuncta potẽti
Vile latẽs uirtus: quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? obſcuro ueluti ſine remige puppis:
Vel lyra quæ reticet: uel qui nõ tendit arcus.
¶ Hanc t\~n haud quiſq̄ qui nõ agnouerit ante
Semet: & incertos animi placauerit æſtus
Inueniet: longis illuc ambagibus itur.
B Diſce orbis quod quiſq; ſibi qũ cõderet artus
Noſtros: ætheriis miſcẽs terrena Prometheus.
Synceram patri mentẽ furatus olympo
Continuit clauſtris: indignantẽq; reiunxit:
Et qũ nõ aliter poſſent mortalia fingi
Adiunxit geminas. ille cũ corpore lapſæ
Intereũt. hæc ſola manet: buſtoq; ſupſtes
Euolat: hanc alta capitis fundauit in arce:
Mãdatricẽ operũ: proſpecturãq; labori:
Illas inferius collo: præceptaq; ſummæ
Paſſuras dominæ: digna ſtatione locauit.
Quippe opifex ueritus cõfundere ſacra pꝛofanis
Diſtribuit partes animæ: ſedeſq; remouit.

Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit:imbutã flãmis:auidãq; nocẽdi:
Præcipitẽq; ſui rabię ſuccenſa tumeſcit.
Cõtrahit' ſtupefata metu.quũq; oĩa ſecũ
Duceret:& requiẽ mẽbris ueſana negaret
Inuenit pulmonis opẽ:madidũq; fluenti
Præbuit:ut tumidæ ruerẽt in mollia fibræ.
¶ At ſibi cuncta petẽs.nil celatura cupido
In iecur:& tractus imos cõpulſa receſſit:
Quæ uelut ĩmanes reſerat dũ bellua rictus
Expleri:paſciq; nequit:nũc uerbere curas
Torquet auaritiæ.ſtimulis nunc flagrat amoꝝ:
Nũc gaudet:nũc mœſta dolet:ſaciataq; rurſus
Exoritur:cęſaq; redit pollentius hydra.
Hos igit' potuit ſi quis ſedare tumultus
Incõcuſſa dabit puræ ſacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per indos: C
Te mœdus:te mollis arabs:te ſeres adorẽt:
Si metuis:ſi praua cupis:ſi duceris ira
Seruitii patiere iugum:tolerabis iniquas
Interius leges.¶Tũc omnia iure tenebis
Cum poteris rex eſſe tui.¶Procliuior uſus
In peiora datur.ſuadetq; licẽtia luxum:
Illecebriſq; effrena fauet:tũc uiuere caſtæ
Aſperius:quũ prompta uenus.tũ durius iræ
Cõſuluſmus.quũ pœna patet.¶Sed cõprime motus:
Nec tibi quid liceat.ſed quid feciſſe decebit
Occurrat:mentẽq; domet reſpectus honeſti.

D Hoc te præterea crebro ſermone monebo:
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas: cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam: nec poſſe dari regalibus uſquã
Secretũ uitiis. nam lux altiſſima fati
Occultũ nil eſſe ſinit. latebraſq; per omnes
Intrat: & obtruſos implorat fama receſſus.
℄ Sis pius in primis. nã quũ uincamur in omni
Munere. ſola deos ęquat clemẽtia nobis.
Neu dubie ſuſpectus agas: neu falſus amicis:
Rumorũ ue auidus: qui talia currit inanes
Horrebit ſtrepitus: nulla nõ anxius hora.
Non ſic excubiæ: nec circũſtantia pila:
Quã tutatur amor: non extorquebis amari:
Hoc alterna fides: hoc ſimplex gratia donat.
℄ Nõ ne uides operũ: qui ſe pulcherrimus ipſe
Mũdus amore ligat: nec ui cõnexa per euum
Conſpirant elemẽta ſibi: qui limite phœbus
Contentus medio: contentus littore pontus:
Et qui ꝑpetuo terras ambitq; uehitq;:
Nec ꝑmat incũbẽs oneri. nec ceſſerit aer.
℄ Qui terret plus iſte timet. ſors iſta tyrãnis
Conuenit: inuideant claris: forteſq; truciden
Muniti gladiis uiuant: ſeptiq; uenenis:
Ancipites habeant artes: trepidiq; minentur.
℄ Tu ciuẽ patrẽq; geras. tu conſule cunctis:
Nec tibi. nec tua te moueant: ſed publica uota.
E In cõmune iubes: ſi quid: cenſeſq; tenendũ.

Primus iuſſa ſubi:tunc obſeruantior æqui
Fit populus:nec ferre uetat:quũ uiderit ipſum
Auctorem parere ſibi.℄Componitur orbis
Regis ad exemplũ:nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta ualent:quã uita regentis.
Mobile mutatur ſemp cũ principe uulgus.
℄ His tñ effectis:nec faſtidire minores:
Neu pete pſcriptos homini tranſcẽdere fines.
℄ Inquinat egregios adiuncta ſupbia mores.
Nec deſine tales
Nate ſequi:ſi bella tonant:prius agmina duris
Exerce ſtudiis:& ſæuo præſtrue marti.
Non brumæ requies:non hybernacula ſegnes
Eneruent torpore manus:
Si longa moretur
Obſidio:tum uota caue ſecura remittis:
Incluſumq; putes:multis damnoſa fuere
Gaudia:diſperſi percũt:ſomnoq; ſoluti.
Sæpius incautæ nocuit uictoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria longa redũdent
Deliciis.nõ imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat:neu flantibus auſtris:
Neu pluuiis cędas:neu defenſura calorẽ
Aurea ſumoueant rapidos umbracula ſoles.
Inuentis utere cibis.ſolabere partes
Aequali ſudore tuas:ſi collis iniquus
Primus ini.ſyluam ſi cędere prouocat uſus
Ne pudeat ſumpta quercũ ſtrauiſſe bipẽni.

Calcatur ſi pigra palus.tuus ante profundũ
Prætentet ſonipes.primus tu protere curru
Hærentes glacie.liquido tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitũ te cõſere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti.tũ promptius ibunt
Te ſocio.tũ conſpicuus gratuſq; geretur
Sub te teſte labor:
G Interea muſis animus dum mollior inſtet:
Et quæ mox imitere legas.nec deſinat unq̃
Tecum graia loqui.tecũ romana uetuſtas.
¶ Antiquos euolue duces:aſſueſce futuræ
Militiæ:latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet.mirabere brutũ
Perfidiam damnans metii'ſaciabere pœnis.
Triſte rigor nimius:torquati deſpice mores
Mors impenſa bonũ:detios uenerare ruentes:
Vel ſolus quid fortis agat:te ponte ſoluto
Oppoſitus cocles:mutii te flãma docebit.
Quid mora ꝑfringat fabius:qd rebus in artis
Dux gerat:oſtendet galloꝝ ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat ęternã feritas tibi punica famã
Regulę ſucceſſus ſuꝑat aduerſa catonis.
Diſcitur inquãtũ pauꝑtas ſobria poſſit.
Pauꝑ erat curius:reges quũ uinceret armis.
Pauꝑ Fabricius:pyrrhi quũ ſperneret aurũ
Sordida ſeranus flexit dictator aratra
Luſtratæ lictore caſæ:faſceſq; ſalignis

Poſtibus affixi:collecte conſule meſſes:
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat.uelut ille carinæ
Longęuus rector:uariis quē ſæpe procellis
Explorauit hyems:ponto iam feſſus:& annis
Aequoreas alni nato cōmendat habenas:
Et caſus:arteſq; docet:quo dextra regatur
Sidere.quo fluctus poſſit moderamine falli:
Quæ nota nimboꝝ:quæ fraus infida ſerenis.
Quid ſol occiduus prodat:quo ſaucia uento
Decolor iratos attollat cynthia uultus.
Perdurat nō empta fides:nec pectora merces Alligat: H
Præmiſſa futuris I
Dant exempla fidem:

Ex Claudiano.In Cōſulatū MāliiTheodori.

IPſa quidem uirtus precium ſibi:ſolaq; late K
Fortunæ ſecura nitet:nec faſcibus ullis
Erigitur:plauſu ue petit clareſcere uulgi.
Nil opis externæ cupiens:nil indiga laudis
Diuitiis animoſa ſuis:īmotaq; cunctis
Caſibus:ex alta mortalia deſpicit arce.
Hanc tamē inuitā blande ueſtigat.& ultro
Ambit honor.docuit totiens a rure profectus
Lictor:& in mediis conſul quęſitus aratris.
Nec te tot limina reꝝ: L
Aut tm̄ turbauit onus.ſed ut altus olympi
Vertex:qui ſpacio uentos:hyemeſq; reliquit
Perpetuū nulla temeratus nube ſerenum

Celſior exurgit pluuiis:auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos:& rauca tonitrua calcat.
Sic patiēs animus per tanta negotia liber
Emergit:ſimiliſq; ſui:iuſtiq; tenorem
Flectere:nō odiū cogit:nō gratia ſuadet.

M Qui fruitur pœna ferus eſt:legūq; uidetur
Vindictam præſtare ſibi:cū uiſcera felle
Canduerint:ardet ſtimulis:ferturq; nocēdi
Prodigus:ignarus cauſæ. ¶ Diis ꝓximus ille eſt
Quē ratio nō ira mouet:qui facta rependens
Conſilio:punire poteſt mucrone cruēto.

¶ Se iactent alii ſtudeant feritate timeri:
Addictoq; hominū cumulent æraria cenſu.
Lene fluit nilus:ſed cunctis amnibus extat
Vtilior:nullas cōfeſſus murmure uires:
Acrior at rapidus tacitas prętermeat ingens
Danubius ripas:eadē clementia ſæui
Gurgitis īmenſum deducit in hoſtia gangem:
Torrentes īmane fremant:lapſiſq; minentur
Pontibus:inuoluant ſpumoſo uertice ſyluas.
Pax maiora decet.pagit tranquilla poteſtas
Quod uiolenta nequit:mādataq; fortius urget
Imperioſa quies:

Ex Claudiano. In Stiliconis laudes Primo.

N ET enim mortalibus exquo
Tellus cœpta coli:nūq̄ ſincera bonoꝝ
Sors ulli cōceſſa uiro.quē uultus honeſtat:
Dedecorāt mores:animus quē pulchrior ornat

Corpus deſtituit:

Ductor ſtilico tot gentibus unus: O

Q uas uel progrediēs:uel conſpicit occiduus ſol:
In quo tā uario uocū:generūq; tumultu
Tanta quies:iuriſq; metus ſeruator honeſti.
Te moderāte fuit:nullis ut uinea furtis:
Vt ſeges erepta fraudaret meſſe colonū.
Vt nihil aut ſæuū rabies:aut turpe libido
Suaderet:placidi ſeruirēt legibus enſes.

C Scilicet in uulgus manant exēpla regentū
Vtq; ducum lituos:ſic mores caſtra ſecuntur.

In Stiliconis laudes.Secūdo.

PRincipio magni cuſtos clementia mundi: P
Q uæ Iouis incoluit zonā:quæ tēperat æthram.
Frigoris:& flāmæ mediā:quæ maxima natu
Cęlicolum:nam prima chaos clemētia ſoluit
Congeriē miſerata rudē:uultuq; ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucē ſæcula fudit.

C Hæc dea pro tēplis:& thure calentibus aris
Te fruitur:poſuitq; ſuas hoc pectore ſedes.

C Hæc docet ut pœnis hominū:uel ſanguine paſci
Turpe ferūq; putes:ut ferrū marte cruentū
Sic cū pace præmas:ut nō infenſus alendis
Materiā præſtes odiis:ut ſontibus ultro
Ignouiſſe uelis.deponas ocius iram:
Q uā moueas precibus:nūq̄ implacabilis aſtes
Obuia proſternas:proſtrataq; more leonū
Deſpicias:alacres ardent qui ſternere tauros

Tranſiliunt prædas humiles:hac iſte magiſtra
Dat ueniã uictis:hac exhortante calores
Horrificos:& quæ nũq̃ nocitura timentur
Iurgia cõtentus ſolo terrore coercet
Aetherei patris exẽplo:qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru cyclopũ ſpicula defert
In ſcopulos:& monſtra maris:noſtriq; cruoris
Parcus:in œtæis exercet fulmina ſyluis.
❡ Hinc diuæ germana fides:eadẽq; ſororis
Corde tuo delubra tenẽs ſe ſe omnibus actis
Inſerit.❡Hæc nullo docuit liueſcere fuco.
Nũq̃ falſa loqui:nũq̃ promiſſa morari.
Inuiſos odiſſe palam:non uirus in alto
Condere:nõ lętam ſpeciẽ prætendere fraudi.
Sed certũ mentiq; parẽ componere uultũ.
Occulto ſeruire uetat:prodeſſe remittit.
❡ Hæc & amicitias longo poſt tẽpore firmat:
Manſuroq; adamante ligat:nec mobile mutat
Ingeniũ:paruæ ſtrepitu:nec uincula noxæ
Diſſolui patitur:nec faſtidire priorẽ
Allicitur ueniente nouo:benefacta tenere:
Reſpuere offenſas facilis:pariterq; minoris
Officii:magniq; memor ſupare laborat.
Vtq; hoſtes armis.meritis ſic uincit amicos.
❡ Hæc fouet abſentes.hæc longe ſola remotis
Conſulit:hæc nullis auidã rumoribus aurẽ
Pandit:& ignauũ nũq̃ lęſura clientem
Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus.

Non uiuis annexus amor:meminiſſe ſepultos
Deſinit.in prolem tranſcurrit gratia patrũ.
Omnes præterea puro quæ crimina pellunt
Ore deæ:uinxere choros:unoq; receptæ
Pectore:diuerſos tecũ cingunt̃ in uſus.
Q
℃ Iuſtitia utilibus rectũ præponere ſuadet:
Cõmuneſq; ſequi leges:iniuſtaq; nũq̃
Largiri ſociis.durũ patientia corpus
Inſtruit:ut nulli cupiat ceſiſſe labori.
Tempies.ut caſta petas.prudẽtia:ne quid:
Inconſultus agas:conſtantia:futile ne quid:
Infirmũq; geras:procul importuna fugant̃
Numina mõſtriferis:quæ tartarus edidit antris.
℃ At primũ ſcele℞ matrẽ:quæ ſemp habẽdo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurũ
Trudis auaritiã.℃Cuius fœdiſſima nutrix
Ambitio:quæ ueſtibulis:foribuſq; potentũ
Excubat:& preciis cõmertia poſcit hono℞
Pulſa ſimul:
℃ Nec te iocũda fronte fefellit
Luxuries ꝑdulce malũ:quæ dedita ſemp
Corporis arbitriis:hebetat caligine ſenſus
Membraq; circeis effœminat acrius herbis
Blanda quidẽ uultu:ſed qua nõ tetrior ulla
Interius/fucata genas:& amicta doloſis
Illecebris:toruos auro circũligat hydros.
Illa uoluptatum multos innexuit hamis.
℃ Quin ipſa ſupbia longe

Diſceſſit.uitium rebus ſolenne ſecundis:
Virtutũq; ingrata comes:
R Plus eſt ſeruaſſe repertum:
Quã quęſiſſe decus.

In Stiliconis laudes. Tertio.

S NVlli pars æmula defuit unq̃:
Quæ grauis obſtrepet laudis:ſtimuliſq; mali/
Facta ſequebat̃.quãuis ingentia liuor. (gnis
Solus hic inuidiæ fines uirtute reliquit:
Humanũq; modũ:quis.n.liueſcere poſſit?
Quod nũq̃ percũt ſtellæ?quod Iuppiter olim
Poſſideat cœlũ?quod nouerit oĩa phœbus?
Eſt aliquod meriti ſpaciũ:quod nulla furẽtis
Inuidiæ menſura capit:
T Fallitur egregio quiſqs ſub principe:credit
Seruitiũ:nũq̃ libertas gratior extat:
Quã ſub rege pio:
V Nec terminus unq̃
Romanę dictionis erit.¶Nam cętera regna
Luxuries uitiis:odiiſq; ſupbia uertit.
Sic male ſublimes fregit ſparthanus athenas:
Atq; idẽ thebis cecidit.ſic mœdus ademit
Aſſyrio:mœdoq; tulit moderamina perſes:
Subiecit perſen macedo:ceſſurus & ipſe
Romanis:hæc auguriis firmata ſibyllæ.

Ex Auſonii Epig.Li.Exhortatio ad Modeſtiã.

X FAma eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regẽ:
Atq; abacũ ſamio ſæpe oneraſſe luto.

Fercula gēmatis cū poneret aurea uaſis:
Et miſceret opes:paupericq; ſimul.
Querenti cauſam reſpondit.Rex ego qui ſum
Sicaniæ:figulo ſum genitore ſatus.
Fortunā reuerēter habe:quicūq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

De Vxore q̄ uirū ueneno necare uoluit.

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito: Y
Nec ſatis ad mortē credidit eſſe datū.
Miſcuit argēti lœtalia pondera uiui.
Cogeret ut celerem uis geminata necem.
Quā pia cura deū.prodeſt crudelior uxor:
Et cū fata uolunt.bina uenena iuuant.

Ad Gallā puellā iā ſeneſcentē.

Seneſcimus:effugit ætas Z
Obrepſit nō intellecta ſenectus:
Nec reuocare potes:qui periere dies.

De Noīe cuiuſdā Lucii ī marmore ſculpto.

Miremur periiſſe homines:monumēta fatiſcūt: A
Mors etiam ſaxis:nominibuſq; uenit.

Ad Philomuſū q librorꝝ copia ſe doctū arbitrabať.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt B
Doctum & grāmaticū te philomuſe putas.
Hoc genere:& chordas:& plectra:& barbita conde.
Hoc die mercatus:cras citharœdus eris.

De Effigie Crœſi Regis.

Effigiem rex crœſo tuam ditiſſime regum. C
Vidit apud manes diogenes cynicus

Conſtitit utq; procul:ſolita maiore cachino
Concuſſus dixit:quid tibi diuitiæ
Nũc proſunt regum.Rex o ditiſſime:cũ ſis.
Sicut ego ſolus me quoq; pauperior.
Nã quæcũq; habui mecũ fero:cũ uihil ipſe
Ex tantis tecum crœſe feras opibus.

Ex Greco traductũ.Ad Cupidinẽ.

D Incipe:dimidiũ facti eſt cœpiſſe:ſuperſit
Dimidium.rurſum hoc incipe:& efficies

Ex Greco.

E Gratia quæ tarda eſt:Ingrata eſt:gratia nãq;
Cum fieri properat:gratia grata magis.

Ex Eodem.

Si bene quid facis.facias cito:nã cito factum
Gratum erit.Ingratum gratia tarda facit.

Ex Auſonii opuſculũ De ſeptẽ ſapiẽtũ ſententiis.Bias Pireneus.

F QVę nã ſũma boni? Mens q̃ ſibi cõſcia recti.
℄Pernicies hoĩum q̃ maxima? Solus hõ alter
G Quis diues? Qui nil cupit.℄Quis paup? Auarus.
H Quæ Dos matronis pulcherrima? Vita pudica.
℄Quæ caſta eſt? De qua mẽtiri fama ueretur.
I Quod prudẽtis opus? Cum poſſit:nolle nocere
℄Quid ſtulti ꝓpriũ.Nõ poſſe & uelle nocere.

Pytacus Mytilenus.

K Loqui ignorabit:qui tacere neſcit.
L Demens ſuperbis inuidet fœlicibus.
M Pareto legi quiſquis legem ſanxeris.

Plures amicos re ſecunda compares. N
¶ Paucos amicos rebus aduerſis proba:
Cleobolus Lyndius.
Quanto plus liceat:tanto libeat minus: O
¶ Fortunæ inuidiæ eſt ĩmeritus miſer:
Fœlix criminibus non erit diu. P
¶ Ignoſcas aliis multa:nihil tibi.
Maior meritis gloria non datur: Q
¶ Turpis ſæpe datur fama minoribus.
Periander Corynthius.
Nũq̃ diſcedat utile a decoro. R
¶ Mortẽ optare malũ:timere peius.
Faxis ut libeat quod eſt neceſſe. S
¶ Multis terribilis:caueto multos.
Si fortuna iuuat caueto tolli: T
Si fortuna iuuat caueto mergi:
Solon Athenienſis.
Tunc dico beatam uitam cũ peracta facta ſint: V
Par pari iugato coniunx:quod impar eſt diſſidet. X
Non erunt honores unq̃ fortuiti muneris. Y
Clam coarguas propinquũ:palam laudaueris. A
Pulchrius multo parari.quã creari nobilem: B
Certa ſi decreta ſors eſt:quid cauere proderit? C
Siue ſint incerta cuncta:quid timere conuenit?
Chilo Lacedęmonius.
Viue memor mortis ĩmemor ut ſis uiue ſalutis D
Triſtia cuncta exuperans.¶ Aut animo aut amico E
Tu bene ſi facias non meminiſſe fas eſt:

F Grata ſenectus homini parilis iuuentæ.
℃ Illa iuuentus grauior quæ ſimilis ſenectæ.
Tales Mileſius.
G Turpe quid auſurus te ſine teſte time.
℃ Vita perit:mortis gloria non moritur.
H Quid facturus eris dicere ſuſtuleris
℃ Crux eſt ſi metuas uincere quod nequeas.
I Cum uere obiurges ſic inimice uiuas.
℃ Nihil nimiū ſatis eſt:ne ſit & hoc nimiū.
De Septē ſapiētibus Ex græco.
K Chilo cui patiēs lacedæmon.Noſcere ſe ipſum.
L Periandes trepidā moderare corinthius irā.
M Et mitylenæis nimiū nil Pittacus oris.
N Menſurā optimū ait Cleobolus lyndius in re.
O Expectare Solon finē docet ortus athenis.
P Plures eſſe Bias prauos:quē clara priene.
Q Mileti fugiſſe Thales uadimonia alūnus.
Aegloga Auſonii aurea de ābiguitatę uitę eligēdę.
R QVod uitę ſectabor iter? ſi plena tumultu
Sūt fora.ſi curis domus anxia.ſi pegrinos
Cura domus ſequit.Mercantē ſi noua ſemp
Damna manēt.Ceſſare uetat ſi turpis egeſtas.
Si uexat labor agricolā.Mare naufragus horror
Infamat.pœnæq; graues in celibe uita.
Et grauior cautis cuſtodia uana maritis
Sanguineum ſi martis opus.ſi turpia lucra
Fœnoris & uelox inopes uſura trucidat.
Omne æuum curæ.Cunctis ſua diſplicet ætas.

Senſus abeſt paruis lactentibus. & pueroꝝ
Dura rudimenta. & iuuenũ temeraria pubes.
Afflictat fortuna uiros per ſaxa per æquor
Iras: inſidiaſq;: cathenatoſq; labores:
Mutandos ſemp grauioribus. ipſa ſenectus
Expectata diu: uotiſq; optata malignis
Obicit ĩnumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in cõmune omnes præſentia. quoſdã
Conſtat nolle deos fieri iutura reclamat
Quo uitã dedit æternã. Cur mortis adépta eſt
Conditio. ſic caucaſea ſub rupe Prometheus
Teſtatur: ſaturnigenã nec nomine ceſſat
Incurſare Iouẽ. data quod ſit uita perhẽnis.
Reſpice & ad cultus animi. ſic nẽpe pudicũ
Perdidit Ippolitum nõ fœlix cura pudoris.
At cõtra illecebris maculoſam ducere uitã
Quẽ iuuat? Aſpice & ad pœnas & crimina regũ.
Tereos incęſti: uel mollis ſardanapalli.
Perfidiã uitare monẽt tria punica bella.
Sed ꝓhibet ſeruare fidẽ deleta ſagũthos:
Viue: & amicitias ſemp cole: crimen ob iſtud
Pitagoreoꝝ periit ſcola docta ſophoꝝ.
Hoc metuẽs igit̃ nullas cole. Crimẽ ob iſtud
Timon palladiis olim lapidatus athenis.
Diſſidet ambiguis ſemp mens obuia uotis:
Nec uoluiſſe homini ſatis eſt: optata recuſant:
Eſſe in honore placet: mox penitet: & dñari
Vt poſſint ſeruire uolunt. Idem auctus honore

Inuidiæ obicitur.Pernox eſt cura diſertis:
Sed rudis ornatu uitæ caret.Eſto patronus:
Et defende reos.ſed gratia rara clientis.
Eſto cliens:grauis imperiis perſona patroni.
Exercent hunc uota patrum.mox aſpera curis
Sollicitudo ſubit.Contemnitur orba ſenectus:
Et captatoris præda eſt hæredis egenus.
Vitam parcus agas:Auidi lacerabere fama:
Et largitorem grauius cenſura notabit.
Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus.Ergo
Optima graioꝝ ſentẽtia.quippe homini aiũt
Nõ naſci eſſe bonũ:natũ aut cito morte potiri.
Sed contra alterius ſectator dogmatis:Iſta
Quid doceat reprobans ſubdita diſce legens.
¶ Ergo nil quoniã uita eſt quod amemus in iſta
Nec tamẽ incaſſum fas eſt nos credere natos
Auctorem uitæ ſi iuſtum credimus eſſe.
Vita alia eſt nobis illi uiuendo paranda:
Cum quo poſt iſtam poſſimus uiuere uitam:
Illi aũt ſtygias properẽt deſcendere ad umbras
Pitagoreoꝝ ſtolidum:qui dogma ſecuti
Non naſci ſe ſe:quã natos uiuere malunt.



Explicit Viridarium Illuſtrium Poetarum.
Venetiis accuratiſſime impreſſum
p̱ Bernardinũ de Vital' Venetũ
Anno Salutis Chriſtiane
.M.D.VII.Die.20.
Nouẽbris.

Omnes ſunt quaterni præter .F.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F.

Cum Gratia & Priuilegio.

Sepe tibi sunt [illegible]
amicos [illegible]

Curia pauperibus clausa est
dat census honores.

Census amicitias pauper ubique iacet.

Digitized by Goo

Digitized by Google